in virgine Maria. Sane dominus ipse eternus sicut mira-  
sua sapientia creauit omnia. sic illam benedictam virginem  
matrem suam talez condidit ⁊ sanctificauit in tempore qua-  
lem eam sanctam elegit in sua eternitate. Et talem tam no-  
bilitate nature q̄ perfectione gracie condidit matrem quale  
eam sanctam decebat habere s̄m suam gloriosissimam ma-  
testatem. quia in ea et de ea debeat sumere quod in eternum

26  
ei esset unitum in unitate persone de qua exiret precium totius liberationis. iustificationis. et beatificationis humane. De hac conceptione beatus Anshelmus in libro d' conceptu Virginali sic inquit. Decebat ut illius hominis conceptio de matre purissima fieret que ea puritate niteret qua maior sub deo nequit intelligi. Atq; de hoc rationē subiungens ait Cui deus pater unicum filium suum quem de corde suo genuit equalem sibi ita dare disponebat ut naturaliter esset vnus eidemq; communis dei patris et virginis filius quem et substantialiter filius sibi matrem facere eligebat et de qua spūssctūs opat<sup>r</sup> erat ut de illa pcepit et nasceret ille de q̄ ipse pcedebat. Et p hoc decebat ut illi<sup>r</sup> hoīs. scz xpī de mre fieret purissima qua puritate nulla maior possit intelligi sub deo.

**Q**uanto lumine illustrata fuit beata virgo  
in utero matris sue

Ca. 6

**S**ecundus virginis splendor dicitur claritas seu luminositas. Nam in prima sanctificatione quā tū ad rōnem et intellectum tāta ei caritas a deo superinfusa est cum maria illuminata interprete tur q̄ hec septem perfecte intelligebat sūm quosdam. Primo naturam creatam irrationalem. Secūdo naturam creatam rationalem. Tercio naturam creatam spirituales. Quarto naturam increatam diuinales. Quinto omnia que fuerunt fugienda et spernenda. Sexto oīa que erāt sequenda et amplectenda. Septimo per q̄ modum et ad q̄ tum gradum omnia essent diligenda vel odienda. Hec quidem distinctio comprehendit in se cognitionem omnium creaturarum et creatoris necnon et cunctorum malorum atq; bonorum. A quarto quippe qui erat cognitio creatoris et tres precedentes et tres consequentes habebant originem sicut p̄pheta attestatur dicens. In lumine tuo videbimus lumen. Nam et de tribus sequentib<sup>r</sup> experit in hīs qui hñt magnū habitū diuine sapientie in vltimo gradu. Ex predictis igitur



sequitur q̄ beata virgo et dum erat in ventre matris sue ha-  
buit vsum liberi arbitrij atq; lumen perfectum in intellectu  
et ratione. Proinde s̄m quosdam fuit tunc in sublimiori con-  
templationis statu quam vnq̄ fuerit aliqua creatura huma-  
na post Christum in perfecta etate. Et licet in vtero matris  
sue sicut et ceteri infantes dormiret attamen sompn⁹ qui abis-  
sat in alijs lumen rationis et actus liberi arbitrij et per con-  
sequens actum merendi. non credo quod talia fuerunt in ea  
operatus. sed anima eius libero ac meritorio actu tendebat  
in deum. Vnde in tempore illo perfectior cōtemplatrix erat  
quam vnquā fuerit aliquis purus homo dum vigilauit. Vn-  
de et Cantico. ii. 4. ca. ipsa ait. Ego dormio et cor meum vigi-  
lat. s̄z in contemplatione perfecta a nulla actione debilitata  
hoc tamen s̄m alios fuit post secundam sanctificationes qđ  
forte verius est. Nec tamen miretur quisquā si mater dei an-  
te debitam etatem habuit vsum liberi arbitrij et fulserit tan-  
to lumine rationis cum et pleriq; alijs sancti in puericia eorū  
ante debitam etatem habuerunt virtutem gratiam atq; lu-  
men. De virtute in sancto Nicolao reperitur exemplum qui  
in quarta et sexta ferijs tantum semel lambebat mammas.  
De gracia in sancto Benedicco exemplum patet qui in pue-  
ricia cepit miraculis choruscare. De lumine vero in sancto  
Iohanne clarissime patet. Nam Ambrosius ait. Vere iohan-  
nes agnouit Christum non natura sed gracia. Et super Lu-  
cam etiam ait. Nullam infancie sensit etatem qui supra na-  
turam supra etatem in vtero situs matris a mensura cepit e-  
tatis perfecte plenitudinis Christi. Nec siquidem nullo mo-  
do essent vera si infantilitas corporalis impedisset vsum li-  
berum rationis. Quod insuper ait. q̄ a mensura cepit etatis  
perfecte plenitudinis christi verificatur nō de corporis facul-  
tate perfectione atq; vigore. quia tunc paruulus erat. sed q̄-  
tum ad plenitudinem meriti et per actum et vsum liberi ar-  
bitrij. vt in hoc assimilaretur christo ipsum sanctificantem. qui

22  
tunc in utero virginis plenius usu liberi arbitrij merebatur.  
Ex verbis igitur Ambrosij elici potest. q non solum pro tunc  
non sensit impedimenta infantie in ipso rationis usu. verum  
etiam quod nunq senserit postea. Quod satis rationabile es  
se videtur. quia misericors deus datas gratias homini non  
subtrahit sine culpa. Hoc quidem ex operibus iohannis ma  
nifeste apparet cum de eo legitur Quod in etate quinq an  
norum aufugit mundum et intrauit desertum. Nec pensan  
dum est q absq brevia consideratione illud inuerit diuicius  
moraturus. Si igitur de beato Johanne talia credenda sunt  
qto etiam maiora de virgine matre chusti sentire necesse est

**Q**uanta charitate ardebat ad deum et ad  
proximum beata virgo Maria cum adhuc es  
set in utero matris sue.

Ca. iij

Et cius virginis splendor fuit charitas sz qtum  
ad voluntatem inq in tanta plenitudine diuin  
amor infusus est q nihil eligere vellet nisi quod  
dei sapientia premonstrabat. Pro inde hac sa  
pientia illustrata tantum deum diligebat. quan  
tum ad se diligendum illum intelligebat. Quis igitur expri  
mere posset quato ardore diligebat eum ex toto corde. id est  
supr omnia temporalia mudi. Ex tota anima. id est super cor  
pus et carnem suam. Et ex omni mente sua. hoc est super om  
nia superiora sz spiritualia z celestia. Vnde in persona illius  
psalmista ait. Inflammatum est cor meum et renes mei co  
mutati sunt. sz per transformationem diuini amoris. Ex cha  
ritatis quoq ardore etiam humane saluationis toto affectu  
desiderabat incarnationem filij dei. Nam et totus impetus  
prime sanctificationis mentem huius sacratissime virginis  
marie impellebat ad hoc desideradum pro salute omnium  
electorum. Proinde omnes virtutes eius ardentissime men



ris in id quod postea factum fuit in toto conamine inflam-  
mabat animam eius. Ipsa siquidem fuit felix clausula toti-  
us expectationis et desiderij aduentus filij dei in qua sicut  
in cono. i. angulo desideria precedentium electorum atq; sancto-  
rum terminata et consummata fuerunt. Propterea nobis om-  
nino inexpressibile est illud sanctum desiderium et languen-  
tum orationis quo spirabat ad deum vt filium mittere di-  
gnaretur ad nostram assumendum naturam. Nec tamen cre-  
dendum quod ad recipiendum euz in carne sua existimaret  
se dignam. Nam gracia sanctificationis predicte que eam in  
omni virtute repleuit sic a principio mente ipsius in altissi-  
mo humilitatis gradu fundauit q; sicut nulla post filium cre-  
atura tantum ascendit in gracie dignitatem sic nec tantum  
descendit in abissum humilitatis profunde. Nec insuper ali-  
cui pure creature in hoc seculo datum est tantum gustare ni-  
hilum creature. Nec se tantum humiliare et annihilare sub  
volito maiestatis diuine sicut ipsi vrgini benedicte. Merito  
ergo beatus Bernhardus in quoddam sermone inquit ad  
beatam virginem. Sicut ad medium et sicut ad archanum  
dei sicut ad rerum causam sicut ad negocium seculorum re-  
spiciunt. qui in celo sunt et qui in inferno habitant et qui nos  
precesserunt. et nos qui iam sumus. et qui nos sequuntur. et  
nati natorum. et qui nascentur ab illis. Que sunt in celo vt  
restaurentur. Que sunt in inferno vt eripiantur. Et qui pre-  
cesserunt vt prophete fideles inueniantur. Et qui sequuntur  
vt glorificentur hec ille. Et iterum idem Bern. ait. Quis mi-  
sericordie tue o benedicta virgo Maria longitudinem latitu-  
dinem profunditatem et sublimitatem queat inuestigare. Na  
longitudo eius vsq; ad nouissimum diem inuocantibus eam  
subuenit vniuersis. Latitudo eius repleuit orbem terrarum  
vt tua misericordia plena sit omnis terra. Sic et sublimitas  
eius ciuitatis superne inuenit restorationem. Et profundum  
eius sedentibus in Tenebris et in vmbra mortis obtinet re-  
demptionem. Insuper idem Bern. inquit. Maria omnibus

omnia facta est sapientibus et insipientib⁹ copiosissima caritate debitorum se fecit. omnibus misericordie sinum aperit ut de plenitudine illius accipiant vniuersi. scaprius redemptiorem. eger curatorem. peccator veniam. iustus gratiam angelus leticiam. Demum tota trinitas gloriam filij personae humane carnis substantiam ut non sit qui se abscondat a calore eius.

**De tranquillitate carnis beate Marie virginis sub imperio rationis** Ca. iiii

Virtus sp̄s splendor beate virginis fuit Tranquillitas. Quod quidem sequitur expredictis. Nam in potentij⁹ apprehensiu⁹ et sensitiu⁹ illius tantā tranquillitas erat quātum in ea tria precedentia habundabant. Et cum hoc amoti sunt motus fantasmatum illusiui ex quo sensitiuus appetitus in tanta dñij plenitudine voluntatis imperio subdebatur q̄ in aliquid obiectū ferri non poterat contra imperium voluntatis ⁊ rationis nisi modo quo voluntas imperabat et ratio in fugiendo et faciando. Hoc siquidem etiam apparet in iustis s̄m q̄ ampli⁹ et minus iusti sunt. videlicet q̄ sensitiuum appetitum refrenant et in hoc in tantum qđ homines qui sunt in raptu sic refrenant illum q̄ impossibile illis est saltem pro q̄to sunt in contemplatione tam alta quod per ipsum ad casum modo aliquo inclinentur. Et de hoc statu et de illo tempore loquitur liber de anima simplici. atq; de anima libera. licet in libro illo multa nugatoria et plurimum deceptiua et periculosa et erronea contineantur. Sicut patet extra de hereticis ca. unico in cle. Hoc siquidem modo fieri potuit in virgine benedicta in prima sanctificatione. in tantum q̄ poterat per talem sapientiam et amorem vitare omnē actualem culpam tam mortale q̄ veniale ita q̄ ipsa gracia permanēte impossibil⁹ fuit reddita ad peccandū. Et sic q̄tū ad appetitus p̄dictos plena p̄cordia erat et sic inferior appetit⁹ erat plena cō



cordia ad appetitū supiōrē ⁊ supiōr in plena obediā ad ipm  
deū ex quo sc̄tus erat in pace loc⁹ eius ⁊ habitatio ei⁹ in s̄iō  
p̄terea q̄ veniale p̄c̄m q̄nq̄ ex surreptōe p̄tingit ex eo vcz  
q̄ aliquis in ordinat⁹ motus p̄cupiscētie insurgit aut alteri⁹  
passionis p̄ueniens rōez. rōne cui⁹ p̄imi mot⁹ p̄ctā esse dicā  
tur p̄sequēs est q̄ beata virgo nunq̄ veniale lapsa est cū in  
ordinatos modos nō senserit passionū. Cōtingit aut̄ h̄mōē  
mot⁹ inordinati ex hoc q̄ appetit⁹ qui est har̄ passionū sub/  
iectū. nō sic subijci rōni quin interdū ad aliq̄ rōnis inordi/  
nationē moueat et q̄nq̄ etiā p̄tra rōez in quo p̄sistit p̄cti mo/  
tus. S̄z in br̄a virgine sic fuit sensitiu⁹ appetit⁹ rōni subiect⁹  
p̄ gr̄as sc̄rificatē q̄ nunq̄ p̄tra ratōnem se mouere poterat  
Poterat tamē s̄m Tho. aliquos motus non preordinatos a  
rōne. Porro in d̄no iesu aliquid amplius fuit. Nam sic infe/  
riōr appetitus in eo rōni subiectus erat qđ ad nihil moueba/  
tur nisi s̄m ordinē ratiois. hoc est s̄m q̄ ratio ordinabat vel  
permittēbat appetitum inferiorē moueri a proprio motu.  
hoc enim videtur ad p̄imi status integritatem pertinuisse  
vt inferiores vires subderentur totaliter rationi. Que quidē  
subiectio per peccatum p̄imi parentis sublata est. et nō tm̄  
in ipso sed etiam in alijs qui contrahunt ab ipso peccatum  
originale. In quibus etiam postq̄ mundantur a culpa per  
sac̄m baptismi remanet rebellio vl̄ inobediā viriū inferior̄  
ad rōez que d̄r fames peccati. que nullo mō in Christo fuit.  
Sed in beata virgine maria non erant inferiores vires ra/  
tioni totaliter subiecte vt s̄z nullum motum haberet a ra/  
tione non preordinatum tamen sic per virtutem gracie co/  
hibeantur qđ nullo modo moueri poterant contra imperiū  
rationis. Propter dici solet q̄ in br̄a virgine post p̄imā san/  
ctificatōz remāsit fames s̄m substātiā sed ligatus. hec Tho.

¶ Articulus secundus de alijs quattuor gracijs  
quibus repleta est beata virgo a sua natiuitate  
vsq̄ ad conceptionem filiū dei

Secundus status beate virginis fuit sue natiuitatis et conuersationis quia tunc fuit sol oriens in mūdo et hoc quo ad quattuor alios radios qui ab ea egressi sunt ad mentes illuminandū et irradiandum. ¶ Primus fuit formositas. ¶ Secundus puritas. ¶ Tercius sponositas vel immunitas ¶ Quartus exemplaritas.

¶ Quid beata virgo quā admiranda pulchritudine prefulgeret non tñ ad lasciuas prouocaret verū etiā in alijs motus libidinis refrenabat

C.1

¶ Primus ergo radius formositas dictus est. Proinde Cantico. q. ad eam loquitur sponsus dicens. Tota pulchra es amica mea et macula. scz corporalis siue spiritalis non est in te. Secū dū em̄ Alexand. de ales in tercio. Prima sanctificatō remouit a virgine omne quod esse poterat inclinatiō ad peccandum et quoscūq; carnales motus qui velud serpentes in carne humana serpunt. Hec siquidem sanctificatō tanta fuit vt ita ad alios extenderet virtutes suas ac extingueret in alijs omnem concupiscentiam carnalem. Proinde Ecclesiastici. 22. ca. ipsa inquit. Quasi cedrus exaltata suz in libano. Quia sicut cedrus interficit serpentes odore suo. Ita prima sanctificatio eius in alios redūdabat et exinguebat omnes carnales concupiscentie motus in carne serpentes. ex hoc quoq; etiam assimilatur mirthe sicut Ecclesiastici. 22. capitulo patet vbi ipsa inquit. Ego sicut mirtha electa dedi suauitatem odoris. Nam sicut mirtha interficit vermes ita sanctitas eius interficiebat vermes concupiscentie carnis. etiam in alijs. Narrant etiam sm̄ Bonauen. iudei. quod beata Maria fuit pulcherrima et tamen a nullo vnq; potuit concupisci. Et ratio huius erat quia virtus sue sanctitatis et



castitatis exstinguebat in alijs concupiscentias et motus car-  
 nales eam aspicientibus. Et hanc quidem prerogatiuam ha-  
 buit beata virgo pre omnibus sanctificatis et virginibus san-  
 ctis. quia sanctitas illarum non exstinguebat in alijs concu-  
 piscencias atq; motus nec ad alios hoc modo transfunde-  
 batur. Ultra autē antedicta sicut ex ipsis beati Berni dictis  
 elici potest ex quattuor causis aut ex aliqua earūde; hoc po-  
 tuit euenire. ¶ Primo propter impressionem. ¶ Secundo p-  
 pter conuersatōez. ¶ Tercio propter occultationez. ¶ Quar-  
 to propter irradiatōem. ¶ Primo potuit hoc fieri ppter im-  
 pressionem quia omnibus qui inclinati fuissent ad concupis-  
 cendum eam ut carnaliter concupiscibilis non apparebat. si-  
 cut et mulier tota pulchra propter maleficium viro suo scāi  
 non potest ei concupiscibilis apparere. Et sic deus in bono a-  
 pre gracie potuit operari. ¶ Secundo autem potuit hoc fie-  
 ri propter conuersationem. quia utiq; admirabilem honesta-  
 tem et morum atq; gestuum grauitatem in facie et toto cor-  
 pore eam intuentibus ostendebat. In tñ qđ per extrinseca  
 signa apparebat apertius q; nullatenus posset ad sedum ali-  
 quod inclinari. immo eo q; erat tota deo dedicata et singula-  
 rissimū dei templum et habitaculum effecta. Sicut contige-  
 ret de sanctissima muliere que esset quasi rapta. ¶ Tercio p-  
 pter occultationem pulchritudinis sue omnibus qui eam cō-  
 cupiscere potuissent. Sicut et claritas corporis Christi post  
 resurrectionem discipulis celabatur. ¶ Quarto propter irra-  
 diationem. sū enim Berni. propter claritatem et irradiatio-  
 nem procedentem a facie eius Ioseph vir ausus fuit illaz in  
 facie respicere. Glosa quoq; Math. i. ca. inquit. Ioseph ma-  
 riā facie ad faciem videre non poterat quam spiritussance⁹  
 a conceptōe penitus replenerat. Et ideo nō agnoscebat eā fa-  
 cie q; spōsauerat donec illius vter⁹ euacuaretur.

Quāta puritate et immunitate p⁹ primā sc̄tifi catōez  
 ab oī culpa fulgebat beata virgo Maria Ca. ij.

Secundus radius est puritas seu immunitas no  
minatur. Suit enim beata virgo per graciaz pre  
servationis atqz sanctificatiois preservata ab om  
ni actuali culpa tam veniali q̃ mortali. Aliter  
in ea fomes non fuisset consopitus. seu fm ali

os perfecte ligatus. Unde Augu. in libro de natura et gracia  
ait. De sancta maria virgine dum de peccatis agitur propter  
honorem domini nullam proisus volo habere questionem.  
Propter primam enim sanctificationez sicut fuit intemerata  
carne sic etiam fuit immaculata mente ab omni culpa tam  
veniali q̃ mortali. Et hoc maxime propter tria. ¶ Primo p  
pter graciae inclinationem. ¶ Secundo propter fomitis re  
pressionem. ¶ Tercio propter diuine graciae conseruationem.  
¶ Primo inq̃ propter graciae inclinationem. Tanta enim gra  
cia erat illustrata q̃ licet liberū arbitrium nondum esset in  
ea in fine ultimo stabilitum. tamen eam semper ordinabat  
ad bonuz sicut infra patebit. ¶ Secundo propter fomitis re  
pressionem. Sic enim fuit in ea in prima sanctificatione fo  
mes repressus q̃ penitus ad nullum incitabat maluz. ¶ Ter  
cio propter diuine graciae conseruationem. Diuina enim pro  
uidencia sicut in statu innocentie hoīem protegeret. sic etiaz  
beatā virginez ab omni actuali protegebat culpa. Unde Be  
rnhardus ad Lugdunū. Puto q̃ copiosius munus graciae in  
eam descenderit qua eius non solum sanctificaret ortum sed  
eam deinceps ab omni peccato custodiret immunem. Prete  
rea de nulla alia amica dici potest illud Canticoꝝ. 2. Tota  
pulchra es amica mea ⁊ macula nō est inte. congruentius q̃ de  
virgine bñdicta. Vbi enim macula est vel culpa actualis vel  
venialis aut mortalis hoc verbū preallegatum minime dici  
potest. Quod autē sic esset immaculata propter tria fm Bo  
nauenturā in tercio. dis. 3. congruum erat. Primo propter di  
aboli confusione. Secundo propter nostram intercessionē.  
Tercio propter diuinam desponsationem. ¶ Primo inq̃ pro  
pter diaboli confusionem. Congruum quidem erat q̃ beata



virgo maria postq̄ auferbat nobis opprobriū suparet ⁊ vin-  
ceret etiā diabolū. ita q̄ nec ei etiā succūberet ad momentū.  
Ideo exponit tā Augu. q̄ Bern. illud Genes. 3. Ipsa cōte-  
ret caput tuū. Si igitur suggestio ē caput diaboli. nulla sug-  
gestio in mente virginis ingressum habuit. et sic tā a mortali  
quā a veniali immunis fuit. ¶ Secdo vero congruū fuit ppter  
nostram intercessionem. Congruebat enim aduocatā huma-  
ni generis tanta puritate fulgere. vt nullū pctm haberet qd̄  
eius conscientiaz remorderet. ¶ Tercio quoq̄ congruū fuit p-  
pter diuinā desponsationē. Vtiq̄ congruebat vt illa que pla-  
cuit altissimo deo ita vt fieret illius sponsa ⁊ mater vnigeni-  
ti filij sui. sic esset immaculata mēte sicut fuit intemerata car-  
ne. Qm̄ igitur gloriosa virgo maria aduocata est peccatorū.  
gloria ⁊ corona iustorum sponsa dei. et totius trinitatis tricli-  
nium. ⁊ specialissimū filij dei declinatoriū. hinc est q̄ speciali  
gracia dei nullum in ea peccatum habuit locum.

¶ Quāta suauitate delectabant̄ in deo oēs sp̄iales  
beate virginis sensus atq̄ affectiones. Ca. iij

Ercius radi⁹ amorese virginis marie saporositas  
nuncupat̄. Quinq̄ nāq̄ sensus in aīa hoīs sunt. si-  
cut etiā in corpe ei⁹. qui oēs in beata v̄gine mdo ⁊  
oībus norijs clausi erāt. et apti atq̄ parati deo. si-  
cut ecōtra m̄dani apti sunt m̄do et clausi deo. Primo em̄ pa-  
tens deo erat audit⁹ vt p̄mitissime acceptaret oē spiraculus  
ei⁹. Proinde p̄pheta in p̄sona illi⁹ dicebat. Audīā quid loquet̄  
in me dñs de⁹ me⁹. Secdo patebat ei illi⁹ gust⁹ ad saporādū  
admirabiles dulcedines ei⁹. qm̄ exp̄ientia illius inebrieta di-  
cebat. Quā dulcia faucib⁹ meis eloquia tua sup mel ori meo  
Tercio q̄z patebat illi oīs oculus eius ⁊ capacitas intellect⁹  
qm̄ iam p̄ experientiaz in affectm̄ ⁊ intellectm̄ deo plena alios  
ad talia inuitabat dicens. Gustate et videte qm̄ suavis ē do-  
min⁹. Quarto patebat aīe virginis odoratus. qm̄ Canticor.  
1. ca. dñm exorabat dicens. Trahe me p⁹ te currem⁹ in odore

31  
unguentorum tuorum. Quinto quoque patebat tactus. ut stricte ac dulci-  
ter amplecteretur dominum illam sepius visitantem. Quod quia continue  
faciebat cum propheta dicebat. Mihi autem adherere deo bonus  
est. et ponere in domino deo spem meam. De his quinque portis  
ait propheta dicens. Diligit dominus portas sion super omnia taberna-  
cula iacob. Sion enim locus erat in ierusalem eminentissimus  
atque tutissimus erat. Diligit igitur dominus portas sion. id est quinque  
sensus beate virginis marie super omnia tabernacula iacob  
id est plusquam corpora omnia aliarum virginum. Corpora enim  
tabernacula nuncupantur. sicut. 1. Petri. 1. ipse testatur dicens.  
Velox est despositio tabernaculi mei. Virgines enim merito di-  
cuntur esse iacob quia luctate sunt et supplantauerunt fomi-  
tem. qui in beata virgine in prima sanctificatione fuit ligatus  
atque consopitus. Quattuor etiam sunt elementa ex quibus hu-  
manum corpus non tantum compositum est. sed etiam per quinque sen-  
sus de eis pascitur et nutritur. Sic etiam quattuor humani  
affectus nutriunt animam per quinque suos spirituales sensus. si-  
cut Math. 9. c. dominus ait. Non in solo pane vivit homo sed in  
omni verbo quod procedit de ore dei. His enim quattuor affe-  
ctionibus nutriuntur peccatores animas suas in transitoriis et  
mundanis Iusti autem in celestibus et divinis. Nonnulli etiam  
reperiuntur nunc in quibus mentales et corporales virtutes  
diutius atque cumulatius habituate sunt. Atque in eis perfecti  
status mentis per sollemnissimas contemplationes fuerunt iam  
consummati. necnon et sublimium sensuum spiritus certam et  
longam experientiam habuerunt per divinum influxum. ad  
mirandos affectus multipliciter ex illis perturientes. Experi-  
untur quandoque suavissimos atque cruciantes seruos. quan-  
doque ex admiranda spiritus ebrietate distillant lacrimas a-  
morosas Aliquando languedo de corde mire modo prorumpit  
voces. Stantesque in quodam spirituale sompno in-  
sompnes a corpore quodammodo etiam alienantur a mente.  
Quoniam insuper mentales sensus dum partim alienati sunt ab



anima propter aliquod spirituale obiectum a corpore quodā modo abstrahitur. aliquando etiā totum humanū esse inextasim eleuatur. anima resoluta in diuino amore. Interdum quoq; occurrunt subiti atq; prolixi raptus ex quib⁹ tota aīa trāssert in deū. Cōtingit insup aliquādo q; anima perpene trantes alteratōes amoris ingreditur thalamū celestīū secretorum. infunduntur quandoq; inspirationes multiplices mirabilium veritatū per spirituales consolationē animaz exciando. Occurunt in super aliquando in diuino splendore reuelationes clarissime et aperte. visiones quoq; altissime non desunt. in quibus gustat anima se esse in profundo ⁊ infinito abisso dei fere translatam. Contigit quoq; q; quodāmodo ī cōsiderabili atq; feruentissime amoris actu in breui gloriose cum chřsto spirituale matrimoniū consumatur. Tanta ac talis est realis anime nobilitas que per spirituales delectationem quasi facta est gloriosa. q; non licet hōi loqui. Si igitur hec tanta alta tantaq; sublimia facta conspiciamus in vilib⁹ ⁊ quodammō in indignis personis. q̃ta sublimiora et digniora ac nobis omnino in comprehensibilia facta esse credēda sunt illi que iam gracia erat plena ab eterno dei mater predestinata. electa ex milibus. sublimata ex omnibus etiam super omnes angelos exaltanda.

**¶ De admiranda et exēplari vita virginis maris dei.**

**Ca. iiii**

q Vartus radius est exemplaritas. Nam tota conuersatio eius ⁊ vita omni refulgebat gracia ⁊ virtute. Vñ Ambro. 2. li. de ṽginitate ait. Quid nobilius dei matre. quid splendidius ea quā splendore elegit. quid castius ea que corpus sine contagione corporis generauit. vt de ceteris eius virtutibus taceas. Virgo erat non solum corpore sed et mente. Corde humilis verbis grauis. animo prudens. loquendi parcius. legendi stu-

32  
diosior. non in incerto diuitiarum. sed in prece pauperū spem  
reponens. intenta operi. verecunda sermone. arbitrum men  
tis non hominem sed deum querens. Nullum ledere omni  
bus bene velle. maioribus assurgere. equalibus non inuidere  
ianctantiam fugere. rationem sequi. virtutem amare.. Quan  
do illa fascidiuit humilem. quando vifit debilem. quando vi  
tauit inopem. nihil in oculis toruum. nihil in verbis procar.  
nihil in actu inuerecundum. non gestus fractior. non incessus  
solutior. non vox petulantior. vt ipsa corporis species sinu  
lacrum fuerit mentis figura probitatis. Talem hanc Evan  
gelista demonstrauit. talem angelus reperit. talez spiritus san  
ctus elegit. Quid enim in singulis morez que digna fuit ex  
qua dei filius nasceretur. Et iterum Jeronimus ait. Si dili  
genter attendis nihil est virtutis nihil splendoris. nihil gra  
cie nihil candoris. quod non resplendeat in virgine gloriosa  
Ad ipsam igitur virginem tanquam ad speculum et exēplar  
christiane vite semper respicere debent qui cum christo regna  
re volūt. Proinde Bern. ait. Oportet omnes chusticolas in  
ter fluctus hui⁹ seculi nauigantes attendere hanc maris stel  
lam. que supremo cardini. id est deo proxima est. Et respectu  
exempli eius cursum vite dirigere. Quod qui fecerit non ia  
ctabitur vane glorie vento. nec frangetur scopulis aduersoz.  
nec absorbebitur sillea voragine voluptatum. Sed prosper  
veniet ad portum quietis eterne. In super idem ait. Si cri  
minum inmanitate turbatus. si conscientie feditate confusus  
si iudicij horrore perterritus. si baratro desperationis absor  
ptus. Mariam cogita mariam inuoca. non recedat a corde.  
nec ab ore. Nam ipsam cogitans nō erras Ipsam rogās nō  
desperas. ipsam sequens non denias. ipsa tenente non corru  
is. ipsa protegente non metuis. ipsa ducente non vagitaris.  
ipsa propicia ad portum peruenis. Et sic in temetipso experi  
re poteris quam merito dictum sit nomen virginis Maria  
id est maris stella. Ideo merito in libro secūdo de virginita



te Ambrosius ait. Talis fuit maria ut eius solius vita omni  
um sit disciplina.

¶ Articulus tercius de quattuor ardoribus cha  
ritatis quib⁹ post conceptionē ardebat mater dei

Ercius vero status beate marie virginis erat sue  
Annunciationis. In quo quasi meridianus sub  
gor et ardor hic sol lucens quattuor a se fulgu  
rabat ardores. ¶ Primus dicit largitas. ¶ Se  
cūndus est impeccabilitas. ¶ Tercius est vnitas.

¶ Quartus vero est securitas.

¶ Quid beata virgo in conceptione filij dei  
nouis et inconprehensibilibus virtutibus  
et gracijs repleta est.

Ca. 1

¶ Primus enim ardor largitas dicitur. Nempe in il  
la spiritus sancti obumbratione qua beata virgo  
conceperit filium dei tantam largitatem et copi  
am spiritus sancti accepit. quantum potest creatu  
ra viatrix recipere non deo vnita vnitae persone. Nam sicut  
Jeronimū in sermone de assumptione. Tota gracie pleni  
tudo qua est in christo in Mariam venit. quamq̃ aliter. Et  
merito quidem quia in christo sicut in homine personaliter  
deificato. In maria sicut in templo christi verbo singulari  
ter dedicato. In christo ut in capite influente. et in maria ut  
in collo corpori ecclesie transfundente. In christo fuit ut in  
supposito subsistente ac ex vniuersali fonte omnis boni lu  
men gracie influente. In maria sicut felicius hec omnia taz  
mente q̃ carne recipiente. Quis posset sufficienter intellige  
re quale fuit illud ecelo emissum incendiū. collatum refrige  
rium. infusum solatium tam in sacratissime virginis mente  
q̃ carne. Ip̃a quippe tunc facta est mulier amicta sole ut dicit  
Apocal. 12. Quia ipsa illa diuina sapientia qua de⁹ ab eter

no mundum sibi reconciliare disposuit plenissima fuit. quas  
 non solū per diuinā reuelationē presciuit. verū et cuncta que  
 ad incarnati verbi dei misteria pertinebant certo experimen-  
 to cognouit. Propter q̄ et luna sub pedibus eius esse narra-  
 tur. quia non solū transitoria sanctorū suorum pedum vesti-  
 gia subiecit. immo et omnium creaturarum cognitioni in cō-  
 paratione ad supereminentē christi scientiā p̄pendit. vnde  
 et corona duodecim stellarū non inmerito coronatur. q̄ om-  
 niū virtutū et graciariū merita super oēs rōnales et sp̄iales  
 creaturas singularissimi generis priuilegio supercessit. Quo  
 siquidem factū est vt non solū per fidē et dilectionē christum  
 conciperet corde. verumetiā et carnē illius ex purissimis san-  
 guinibus eius diuini amoris supercessiuus ardor in virgineo  
 utero sine virili consortio formaret et generaret. Merito igitur  
 sicut serpens p̄stravit humanū gen⁹ mediante pctō eue  
 inclinante adam ad veridū cibū. et cōsumatio fuit in esu ade  
 Sic p̄ meritū virginis inclinātis ad se deū vt assumeret car-  
 nē nostrā p̄cultatio sathane et reparatio nostra inchoata est  
 et p̄ deū incarnatū extitit p̄sumata. Tūc vero p̄prie fuit arca  
 dei ad hebreos. 9. intra se prinēs totā legē in duab⁹ tabulis  
 solidis digito dei scriptā. hoc est in duab⁹ naturis filij sui. q̄  
 rū primaz accepit a m̄re. scđam a tota sc̄tissima trinitate. Si  
 quis autē considerat virginei consensus ad tantū mysteriū fi-  
 nale terminū clare intelliget. q̄ oīs dignitas et perfectio in-  
 clusa in hoc qđ est esse matrem dei tam mente q̄ carne com-  
 prehendatur in eo qđ quidem trascendit in merito in infini-  
 tum quicquid sub deo ab homine cogitari vlt̄ dici potest. Si  
 igitur terminus tam ineffabilis fuit suo merito proporciona-  
 tus. oportet q̄ meritoria perfectio huius consensus fuerit p̄fe-  
 ctōi sui termini p̄proporcionata. Ex hīs igit colligi p̄t q̄ vir-  
 go btā in p̄ceptōe filij dei p̄sensu pl⁹ meruit q̄ oēs creature. tā  
 angeli q̄ hoīes in cunctis actib⁹ moribus et cogitacōib⁹ suis



Tempore omnes qui meruerunt nihil aliud potuerunt mere  
ri nisi sim varios status et gradus gloria sempiterna. Hec au  
tem virgo in illo admirando consensu meruit totalem fomi  
tis extinctionem. Dominium et primatum totius orbis. Ple  
nitudinem omnium graciaram omnium virtutum. omnium  
donorum. omnium beatitudinum. omnium fructuum spiri  
tus. cunctarum scientiarum interpretationes sermonum. spi  
ritus prophetie. discretionis spirituum. operationis virtutum.  
Meruit secunditatem in virginitate. Maternitatem filij dei  
Meruit qd sit stella maris. Porta celi. et super omnia quod re  
gina misericordie nuncupetur. ac talis nois cosequat effectum  
Vnde merito Proverbiorum ultimo ca. de ipsa beata virgi  
ne Salomō ait. Multe filie congregauerunt diuicias tu sup  
gressa es vniuersas. Deniq; sicut Bernhardus ait in sermo  
ne de natiuitate virginis marie. Redempturus deus huma  
num genus. precium vniuersum contulit in maria. Intuemi  
ni igitur quanto deuotionis affectu eam a nobis voluit ho  
norari. qui totius boni plenitudinis posuit in maria. Ut si  
quid spei in nobis est. si quid gracie. si quid salutis. ab ea no  
uerimus redundare. Hec ille. Tanta igitur fuit perfectio eius  
vt soli deo cognoscenda reseruetur Iuxta illud Ecclesiastici  
1. ca. Ipse creauit illam in spiritus sancto vidit dinumerauit  
et mensus est. sz ipse solus deus. ¶ Sciendum est tamen qd  
licet habuit omnia genera graciaram sicut dictum est. non ta  
men habuit illa ad quemcunq; vsum. sed ad vsum altiozem.  
et nobiliozem. et qui mulieri merito congruebat. Sicut ver  
bi gracia. habuit donum sapientie non ad vsum publice do  
cendi vel predicandi. Iuxta apostolum. 1. Thimoth. 2. Mu  
lierem autem docere non permitto. Sed habuit ipsa ea ad  
altiozem vsum. sz ad diuina gustandum et contemplandum  
Et sic licet ad quoscunq; vsus aliqua dona non habuerit. ha  
buit tamen ea ad altiozem et nobiliozem actum.

s Secundus vero huius virginis ardor impeccabi-  
litas nuncupatur. Licet enim sicut ex precedenti-  
bus patet beata virgo in sua conceptione p gra-  
am adepta fuerit tantam fomitis restrictionem  
quod non posset in aliquod peccatum adduci.

Remansit tamen in ea fomes fm essentiam. Sed sanctifica-  
tio hec secūda in conceptione filij dei superaddidit in ea om-  
nimodam fomitis restrictionem. eradicationem. et extinctio-  
nem. et in bono confirmationem. ita vt que prius poterat pec-  
care. iam peccare non posset. Hec duo expressit angelus Luce  
primo ca. cum ait. Spiritus sanctus superueniet inte. Et hoc  
quantum ad primum. Et de secundo subiungit dicens. et vir-  
tus altissimi obumbrabit tibi. Scdm Bon auētūrā in tercio  
dis. 3. fomes peccati radicatur in carne et ascendit vsq ad mē-  
tem In prima igitur sanctificatione virginis tanta gracia p-  
fectionis ei collata est q in eius sensualitate tantū gracia re-  
dundaret vt fomitem adeo reprimere q nullū aliquando af-  
fectum vel incitamentum haberet. In secunda vero sanctifi-  
catione in qua spiritus sanctus non tantum descendit in mē-  
tem. sed etiam in ipsam carnem. et de carne operatus mira-  
biliter est carnem. eam sine macula fabricando. reliquit ipius  
carnem immaculatam. exstirpando in ea et fomitem et omnē  
concupiscentiā ita q peccare non posset. Et hoc sentit Bern-  
hardus et magister sententiarū et Damascen⁹. Nempe si vir-  
go beata post filij dei conceptionem potuisset peccare plura  
inconuenientia sequerentur. Primo redundaret in contume-  
liam prolis. quia eius mater esset peccatrix. Secundo esset i-  
detrimentū matris. quia sic damnari potuisset. Tercio in dā-  
num humani generis. Quarto in contemptum totius diui-  
ni intenti. quia incarnationis opus suspectum non inmerito  
reddi posset. Proinde omnino asserendū est q in pceptione



filij dei sicut predictum est taliter extitit confirmata q̄ volū-  
tas eius postea non potuit conuerti ad malum. nō tñ ppter  
liberi arbitrij ablationē. nec alicuius potentie amissionē. sed  
propter liberi arbitrij per gratiam completionē. Quomodo  
autem hoc potuit fieri difficile est videri. Intelligendum est  
tamen q̄ voluntas humana semper libera ē et semper in bo-  
num et in malum in melius et in peius in optimū et in pessi-  
mum libere posset fieri. nisi ei tale intimetur obiectum in quo  
omnē rationē reperiāt boni delectabilis ⁊ degustabilis. eo q̄  
nihil appetitur nisi sub ratione boni et delectabilis. Hoc autē  
solum in beatis fit. quia omne obiectum delectabilis eis de-  
lectabilē intimatur. q̄re in peccatū minime possunt. Hoc autē  
in beata virgine maria esse non potuit eo q̄ beata non erat  
Quapropter ad hoc q̄ esset plenarie confirmata. quinq̄ erāt  
ei necessaria. que erant dispositiua interioris. quasi quinq̄ in-  
trinseca arma. et quinq̄ protectiua exterioris q̄si quinq̄ extrin-  
seca arma. ¶ Quinq̄ scuta interiora. primo fuerunt quinq̄ in-  
trinseca arma. Primo ardor charitatis. Secūdo mortificatio  
sensualitatis. Tercio sensus maternitatis. Quarto obiectū di-  
uinitatis. Quinto aspectus nihilitatis. ¶ Primo affuit ar-  
dor charitatis. eo modo q̄ mens illius in ardore dilectionis  
continue tenebatur. Nam deus eius menti mirabilissime se  
intimabat. atq̄ oēs potentias illius inferiores tenebat subdi-  
tas sub imperio rationis. quamq̄ aliter q̄ in beatis. Proinde  
in p̄sona illius p̄pheta ait. Inflāmatum est cor meū ⁊ renes  
mei p̄mutati sunt. ¶ Secūdo affuit mortificatō sensualitatis  
nā in appetitu sensuali illi⁹ facta erat modificatio et coapta-  
tio ad partem superiorē per mortem sensualis affectionis et  
modificationis ad carnē. Vñ in p̄sona corporis eius ad p̄ter  
superiorē rationis dicebat. Ut iumentum factus sum apud te  
⁊ ego sp̄ tecum. ¶ Tercio fuit sensus maternitatis. Habuit nē-  
pe actualem et experimentabilem sensum filiatiōis dei intime  
cogitando et saporando q̄ti filij erat mater. et quātum ei ob-  
ligata erat quia illam p̄ ceteris elegisset sibi in matrē. Sicut

merito faceret paupercula virgo quam sibi potens rex elige-  
 ret in coniugem vel in matrem. **¶** Quarto affuit ei obiectū  
 diuinitatis. eo q̄ semper habuit continuum aspectum ad ei  
 beneplacitum promptūq; consensum semper gerebat in men-  
 te diuina beneplacita adimplere. Proinde in persona illius  
 ait propheta. Prouidebam dominum in conspectu meo sem-  
 per. In singulis enim rebus legebat. hoc deo beneplacitum  
 est atq; a me acceptandum. hoc nō placet ei et propterea di-  
 mittendum. **¶** Quinto vero affuit ei aspectus sue proprie ni-  
 hilitatis. eoq; continue habebat actualem relationem ad di-  
 uinam maiestatem. et ad suam nihilitatem. Proinde in per-  
 sona intellectus sui propheta dicebat. Ad nihilū redact⁹ sum  
**¶** Quinq; scuta exteriora Secundo quoq; ad eius defen-  
 sionem habuit alia quinq; arma exteriora. Affuit enim ei pri-  
 mo angelorum protectio. Secundo demonum repulsio. Ter-  
 cio virtutum excitatio. Quarto peccatorū abominatio. Quin-  
 to mundialium despectio **¶** Primo vero affuit ei angelorū  
 protectio. Assistebant enim illi innumerabiles multitudines  
 angelorum in eius protectionem. Et d̄ hoc propheta ad vir-  
 ginem ait. Angelis suis deus mandauit de te vt custodiant  
 te in omnibus vijs tuis. Pie enim credo q̄ plurimas legio-  
 nes habuit angelorum ad custodiam et protectionem suam.  
 Cum ⁊ Heliseus vt legitur. 2. Regum. 6. ca. Angelorum mul-  
 tudinem habuit ad sui defensionem. **¶** Secundo affuit ei  
 demonum repulsio. Sicut enim flamma ignis effugat mus-  
 cas sic a sua ardentissima mente et inflammatisissima chari-  
 tate demones effugabantur et pellebantur in tantum q̄ so-  
 lum in modico non erant ausi respicere mentem eius. nec de  
 magno spacio illi appropinquare. Si enim hoc legimus de  
 aliquibus sanctis saltem post aliquem de demonibus intem-  
 rationibus acquisitum triumphum. quantomagis de matre  
 domini nostri credendum est. que semper contra omnes de-  
 mones triumphauit. **¶** Tercio affuit illi virtutum excitatio.



Nam omnia mala exteriora atq; aduersa eo modo ⁊ non aliter ei inferebantur. s̄m q̄ sunt materia exercende virtutis. si enim sicut ad Romanos. 8. ap̄lus ait. Diligentibus deū omnia cooperantur in bonum. s̄. et prospera et aduersa. quanto magis illi que deum super omnes alias diligebat ¶ Quarto affuit ei peccatorum abominatio. Eo q̄ omnia delectabilia s̄m sensum et a deo retrahentia ei auferabantur. tanq̄ deo odibilia cuius voluntati satagebat se totis viribus cōformare. In diuino quoq; lumine plenissime cognouit quomodo mortalis culpa a deo eternaliter seperat. animam ab imagine dei deformat. eterna gloria priuat. atq; infernalibus supplicijs obligat in eternum. ¶ Quinto affuit ei mundialium d̄spectio. Quecunq; enim illi offerebantur nisi ei diuina offerrent quātum erant in se electiua. tanquam desipiēcicia respuebat. Sicut ⁊ mulier multum pulchra per opus alicuius maleficij semper vt displicens occurrit viro. sed si hoc potest in malum diabolus. q̄to fortius in ea in bonum potuit hoc dominus operari. Istis igitur stantibus impossibile eam erat peccare. Et idem esset de quocunq; vsq; quo ista in eo perseuerarent. Sed forte obstabit aliquis dicens. Qd̄ omnis habitus gracie quantumcūq; magnus est in libertate existens s̄m q̄ est in libertate sicut libere retinetur ita libere dimitti potest. sed quod dimitti potest aliq̄ immobilitate h̄re nō valet ex quo ipse mobilis est. Ad quod dicendum est q̄ verum est q̄ talis impeccabilitas in virgine nō potuit per habitū q̄tuncunq; magnum. potuit tamē fieri per modum qui dicitur est. Si quis etiam instet secundo q̄ potestas que non potest in vtrunq; oppositorum non est libera vt dicitur. i. de interpretatione. potestates vero rationales sunt ad opposita. s̄ si esset confirmata non possit in opposita. ergo non esset rōnalis neq; libera. Ad quod dicendum q̄ voluntas non dicitur libera quia possit in malum. sed quia libere elicit suum actū Nam ⁊ in beatis angelis plena perseuerat libertas in voluntate eorum.

Aduertendū est tñ q̄ licet deus perfecta dispositione disposu-  
erit matrē suam atq; ab omni culpa preseruauit eam. Nihil  
ominus tamē cuncte passionēs ille quē naturam sine pecca-  
to sequuntur quē s̄z sunt materia exercēde virtutis in ea ple-  
nius remanserunt tam respectu sui q̄ respectu filij. Vñ in ea  
fuit amor timor honor admiratio et huiusmodi s̄m q̄ in ali-  
quo sine pctō esse possunt. Proinde credo q̄ magnum hono-  
rem sibi reputabat q̄ tanti filij mater esset. Credo insuper q̄  
volebat quod sciretur et consimilia et tamen hec omnia abs-  
q; peccato in illa semper fuerunt.

**¶ Quātum beata virgo per p̄tēplationē et acti-  
onem cū christo vnita fuit**

**Ca. iij**

Ecius virginis ardor vnitas dictus est. De hoc  
Canticor. g. eternus sponsus sue sanctissime hoc  
est beate v̄gini ait. Vulnerasti cor meū soror mea  
sponsa. vulnerasti cor meum in vno oculorum tu-

orum et in vno crine colli tui. Vbi glo. ait. Pro amore tuo car-  
nem sumpsi. et vulneribus primis in cruce vulnerasti cor me-  
um. Nā primogenita redēptoris filij sui iesu fuit beata v̄go  
Et plus p̄ ipsa redimenda venit q̄ pro omni alia creatura. z  
ad ostendendaz admirabilem vnitatē quā cum ea habebat  
dicit se vulneratū fuisse ab ea in vno oculorū suor et in vno  
crine colli sui. Vbi ostendit duplicē vnitatē habuisse cum ea  
Prima fuit vnitas contēplationis. Scda fuit vnitas actōis.  
¶ Prima fuit vnitas contēplationis quē prior fuit q̄ actio in  
maria. eo q̄ in vtero matris perfecta eius contemplatio ince-  
pit. sicut supra articulo scdo z ca. z. dictuz est. De hoc statu cō-  
tēplationis sponsus ait. Vulnerasti cor meum in vno oculo-  
rum tuorū. id est in lucidissima contēplatione. in tantum me  
cum vnita es p̄pter vnitiaz attentionez oīm tuorū aspectus  
um contēplatiuor quo mecū per amorem coniuncta es. Tibi  
negare non possum quod postulasti atq; decreueris orare p̄  
remissione scelerum quorumcūq;. Vnde Luce. i o. quādo p̄e



mittitur acq; mystice scriptum est. Intrauit iesus in quoddā castellum et mulier quedam martha nomine excepit illū in domum suam. Ad castellum muniendū duo sunt necessaria. Primo murus exterior s; viginitas corporis. Secōdo turris interior s; humilitas cordis. Ad eius quoq; custodiam similiter duo sunt necessaria s; speculator: vt contempletur. Secūdo propugnator: vt operetur. Proinde in castello marie due sorores habitabant que castellum sollerter ⁊ semper bene custodierunt martha s; et maria. Martha laborabat ⁊ operat̃ ne castellum capiatur per negligentiam. Maria quiescit ⁊ cōtemplatur ne castellū capiatur per ignorantiam. Ignorātia gignit errorem cordis. negligentia parit torporem opis. Per errorem cordis delinquimus in credendis. Per torporez operis delinquimus in agendis.

**C**Contemplacio Marie. Et subditur beate marie virginis contemplatio consumata et summa cum de maria magdalena ad litteram de Maria virgine mystice subinfert q; marthe erat soror cui nomen maria que etiam sedens sec⁹ pedes domini audiebat verbū illius In quibus verbis quattuor d̃ monstrantur. in quibus perfecta contemplatio beate virginis insinuat̃. s. Primum est tranquillitas. **C**Secundum est humilitas. **C**Tercium est capacitas. **C**Quartum vero sublimitas dici potest. **C**Primum est tranquillitas. Et de hoc dicitur sedens. Vbi ostenditur quietatio totius virginis status. Sed in quo hec tranquillitas requiescat sequens virginis virtus Marie insinuat̃ que secundum est scilicet humilitas. Vnde subditur secus pedes domini. Ab hac enim humilitate et profundissima annihilatione sui sub pedibus Iesu christi domini nostri causabatur tranquillitas antecedens. Eo q; summe gaudebat subici filio suo. ⁊ sibi filium suū supponi. **C**Tercium est capacitas que ex duobus p̃mis se-

quens est. Nam sicut nulla creatura viatrix vnq̃ tantā habuit  
mentis tranquillitatem nec tante humilitatis abissum. Sic  
nulla vnquam ita attente audiuit verbum dei per contem-  
plationis tranquillum. Nec sic sublimiter intellexit ipsuz ver-  
bum. Propterea subditur. Et audiebat verbum illius.

**¶** Quartum est sublimitas. Nam hanc contemplationem  
Marie dominus superlatiue exprimere volens. Post pauca  
subdit Maria optimam partem elegit. Temppe optimum  
est super quod nihil est melius. Et in pura creatura supra  
beatam virginem Mariam nō est factibilis status. Et quia  
talis status gloriose virginis Marie honorabiliter datus est  
Ideo fuit ante collatum sibi copiosissimum donum vnde  
hunc sublimem statum mereri posset ac sibi eligeret sicut vel-  
let. Proinde volens dominus exprimere talem dignitatem  
esse etiam ex merito suo potius inquit. Elegit sibi maria qđ  
data est sibi. Et vere elegit sibi optimam partem omnes ali-  
as superantem Claritate visionis. Qualitatem fruitionis.  
Vicinitate locationis. Sublimitate honorationis. Vniuersa-  
litate possessionis. Et copiositate largitionis. Que quidem  
non auferuntur ab ea in sempiternum.

## Actio virginis Marie

**¶** Secunda vero vnio virginis cum sponso ⁊ filio suo Je-  
su christo fuit vnitas actionis. eo q̃ sicut nulla vnquam fuit  
similis contemplatrix. sic nunquā fuit ei similis ministratrix  
Quod multipliciter ostendi potest. Nam p̃mo alij indu-  
unt pauperes de lana ouis. ipsa vero. s̃z maria induit suum  
diuitem. s̃z Iesum christum de purissimis sanguinibus suis

**¶** Secundo alij induunt pauperem de panno. Maria ve-  
ro induit iesum christum corpore suo. **¶** Tercio alij pascunt  
pauperem de pane extritico. Maria vero pauit humanatū  
deum iesum christum de lacte proprio.



**Q**uarto alij suscipiunt pauperem hominē in tigurio. ipsa vero suscepit inmensum deū in corde et corpore suo. cui in terris peregrinanti facta est hospiciū amorosus. **Q**uinto alij propter deū administrant infirmo. sed Maria ipsi iesu deo in pauperculo corpore infirmato officiosissime ministravit. Ipsum lauando ipsum fasciando. ipsum in presepio reclinādo atq; in brachijs baiulando **S**exto alij consolantur plorantes homines. Maria autem paruulū deū plorantē et ipa cū Iesu paruulo corde compassionato affectuosissime plorans illum dulcissime consolatur atq; dulci ac suauī locutōe blāditur. **S**eptimo alij solliciti sunt ne aliquid deficiat in opi. sed Maria sollicita ministratrix fuit et manibus suis laborauit vt subueniret deo homini pro salute omniū dei indigenti. **O**ctauo alij incarceratos et vulneratos hoīes visitāt et eis cōpatiuntur dum viuunt atq; mortuos sepeliunt. Maria autem deo hoī iesu chřsto pro nobis capto atq; ligato ac dura carceratione ligno crucis affixo et vulneribus dilaniato tanta dolore cōpassa est vt inexpressibile etiā sit angelice lingue. **I**n omnib; supradictis maria figurata fuit in martha que interpretatur prouocans vel irritās seu dñans. quia sua strenuissima actione diabolū prouocauit ad bellum. et irritauit ad scandalū. ac sibi dñata est ad triumphū. Vt merito subdatur a Luca. Martha autē satagebat circa frequens ministeriū. **N**ono autē quia stetit iuxta crucē in doloris fortitudine et nunq; per impacientiā lapsa est. Ideo subditur que stetit et ait. **D**ecimo quia contēplatio deitatis nihil sibi de doloribus ademūt vel minuit sed amplius multiplicauit. id circo introducitur lamentabiliter. Dñe non est tibi cure q; soror mea reliquit me solā ministrare. **V**ndecimo quia sollicita remuneratione omniū passionū iesu et eorū que circa euz fiebant erat tota doloribus sauciata. quod optime cognouit iesus. ideo hoc recognoscens gratissime ait sibi. Martha martha sollicita es et turbaris erga plurima. hoc quidē solus Iesus dicere potuit qui sol; maternos potuit mēsurare dolores

**¶** Duodecimo concludit. Porro vnum est necessarium ait. scz me filium tuū mori atrociter et te matrē meaz p̄mori sp̄iali ter et mundū redemi similiter hoc est liberaliter

**¶** De gaudio q̄ mater chusti habebat de sua finali saluatione et glouificatione

Ca. iiii

Virtus marie ardor securitas dici potest. Mini-  
me siquidem dubitandā est quin beata virgo cer-  
tissima fuit de sua perseuerantia et salute. Porro  
de salute sua certificatus est petrus cui Joh vlti.  
dñs ait. Cum esses iunior cingebas te ⁊ ambulabas vbi vo-  
lebas cum autem senueris extendas manus tuas et ali⁹ cin-  
git te et ducet te quo tu non vis. Hoc autē dixit significans  
qua morte esset clarificaturus deū. Similiter et Johannes  
euangelista de quo Johā. vlti. etiam dñs ait. Sic eum volo  
manere donec veniam. Idem tenendū est de Maria magda-  
lena de qua Luce .10. dñs ait. Maria optimaz partez elegit  
que non auferetur ab ea. Quantomagis hoc sentiendum est  
de virgine benedicta que experimentaliter certificata erat d̄  
sanctificatione sua in vtero matris sue et de sanctificatione  
secunda adueniente spiritus sancto in conceptione filij dei. nec  
non de sanctificatione tertia in mansione filij dei in vtero ei-  
us mensibus nouem. Quanto gaudio putas perfundebatur  
quando contemplatur per fidem gloriam quā de potestate  
filij sui per spem super omnes angelos possessuram se certis-  
sime expectabat. Magna igitur extitit gracia et virtus vir-  
ginis matris dei tam vtiq; magna vt cum glorioso Jeroni-  
mo et multo amplius q̄ Jeronimus dicere possum⁹. Quid  
nos tantilli quid nos actione pusilli quid in eius laudē refe-  
ramus cum etiā si omniū membra verterent in linguas eam  
laudare non sufficerēt. Altior enim celo est de qua loquimur  
virgo. Abisso profundior cuius laudes dicere conamur. Si  
alum inq̄ te vocem altior es. si matrem gentium precedis.  
Si formam dei te appellem digna existis. Si dominam an



golorum prolata esse probaris. Quid igitur digne de te dicā  
Augustin⁹ quoq; de ipsa ait. Maria est flos et ianua paradisi.  
gloria humani. thronus et camera regis eterni. claritas  
dei. lucerna mundi. scala celi regina angelorum terror demo  
num. refugium peccatorum. ymago et speculum pietatis. ex  
emplum et regula honestatis. fons et taberna graciary. sca  
la virtutum. arca celestium thesaurorum. consolatio pauper  
refrenatō peccantium. recreatio humilium confusio superbo  
rum. solatium electorum. coadiutrix peregrinantium. portus  
nausfragantium. murus obsessorum requies tribulatorū. ma  
ter orphanorum. tutela viduarum. scutum pugnatorū. Dul  
cedo contemplatiuorum. magistra predicatorum. fornicudo  
laborantium. aduocata penitentium. medicina egrotantium  
forma iustorum. spes et lux credentium. norma religionum et  
titulus catholicorum. Ex predictis igitur patet. q; in prima  
sua sanctificatione virgo beata progrediebatur quasi auro  
ra consurgens sicut dicitur Canticorū. 6. ca. quia effugauit te  
nebras horrendæ mortis originalis infectionis et carnalis  
voluptatis humani generis ac totius gracie huius sensibilis  
mundi. In secunda vero. id est in sua conuersatione facta est  
pulchra vt luna illius celestis lumine plena. licet adhuc na  
turalis tenebre aliquid esset in ea sicut etiam est in luna. In  
tercio vero. id est in sua perfectione propter in carnationem  
filij dei ad tantam lucem puritatis et ardorem charitatis a  
scendit q; fuit electa vt sol ⁊ tunc omnibus hostibus facta fu  
it terribilis vt castrorum acies ordinata. Et hoc verbum po  
test esse thema in presenti sollennitate. Igitur de ea etiam di  
gne cantat sancta ecclesia Cunctas hereses sola iteremisti in  
vniuerso mundo quando videlicet tantam veritatē dei sic cō  
cepit q; esset ipsius genitrix veritatis. Et vt deuoti Anshelmi  
loquar eloquio. Gloriosa virgo et mater et regina misericor  
die fons totius dulcedinis et pietatis quid dicemus quo or  
gano vocis vel quo iubilo cordis exprimemus quantum ti  
bi debemus. Quicquid protulerimus minus est et quasi ni

37  
hil ad que tibi exequio debemus. Tu namq; ante omnē creaturam in mente dei preordinata fuisti. omnium feminarū castissima vt deum ipsum hominez verum ex tua carne pro creares. Vt pre omnibus post filium celorum regina effecta gloriosa regnares vt perditō mundo recuperares additum et vite perhennis euolutionem preparares. Tu genus humanum eternitatis gloria nudatum per tuum virgineum partum in pristinum statum deduxisti. Tu principem mortis auertisti vt per te ad eternā gloriā quicumq; peruenturi sunt perueniamus per te siquid boni sumus siue possumus habemus. Tu post deum summa ac singularis consolatio nostra Tu ad regna celorum ductrix et subuentio nostra. Qui cum Christo dilectissimo filio tuo gloriosa regnas domina mundi per infinita secula seculorū. Amen.

De stupenda humilitate et caritate atq;  
fide beate Marie virginis in suo consensu  
quam habuit in dominica annunciatōe.

Sermo quintus

## Cce ancilla domini fiat

mihī scdm verbum tuū. Luce primo ca  
et in Euangelio hodierno. Et si cū propheta teneamur omni tempore benedicere deum in hoc tamen principaliter festo instantius debemus Marie laudibus speciale aliquid offerre intuitu gra

e  
cie specialis quo verbum dei hominis caro fieri voluit et inuisibilis deus nobiscum dignatus est visibiliter habitare. Licet enim omnium festiuitatum quas de saluatore nostro veneramur in terris vnus sit auctor vnus sit dñs iesus xps qui est benedict⁹ in secula. Et licet etiā p̄siderata factoris excellē

E z



tia pares sint omnes et pari deuotione et studio celebrande  
Habet tamen vnaqueq; privilegium honoris et glorie fm q  
gracie singularis misterium dicitur continere. Vnus quippe  
est filius dei dñ in ventre virginis concipitur. dñ ex utero na  
scitur. circumciditur in templo offertur crucifigitur sepelitur  
et resurgit a mortuis et in celum ascendit. Sed aliud in con  
ceptu aliud in alijs operatur. Proinde licet vna fide vna d  
uotione fideles diuerso tamen officio sicut diuersis tempori  
bus christi sollennia venerantur et colunt proprijsq; laudib;  
singula pro varijs effectibus et sacramentis honorantur. In  
ter reliquas festiuitates quas pro nostris viribus nō pro sua  
dignitate recolimus diem incarnationis ipsius confidenter  
extollimus precipuisq; dignam honoribus cunctis censemus  
merito anteponi que nobis et causa fuit et materia ceterarū  
Assurgunt autem ad laudes huius sacre festiuitatis iuuenes  
et virgines senes cum iunioribus et quorumcunq; fideles mē  
tes omnium christianorum fidelium et in preconia nostri re  
demptoris. et sue gloriose virginis matris ora soluantur et  
gaudia que per eos de nostra redemptione concepimus ad  
gloriam eorum quanta possumus exultatione promanamus.  
Ad illud tam admirabile sacramentum et profundum miste  
rium spirituales hodie mentis oculos attollamus quo vir  
go mater vnico verbo vnicoq; consensu et deum de celis ad  
terram detraxit et illum nobis hominem dedit et saluatorem  
nobis protulit atq; sibi tante virtutis et meriti fuit q omnia  
angelorum et hominum merita superexcebat quando ait  
angelo Gabrieli propositum verbum. Ecce ancilla domini  
rc. In quibus verbis triplex misterium declaratur ipsi<sup>9</sup> glo  
riosissime virginis Marie. ¶ Primo stupende humilitatis a  
bissus. Ait enim. Ecce ancilla domini. ¶ Secundo caritatis  
desideriose excessus cum subdit dicens. Siat mihi. ¶ Tercio si  
delitatis lumine sensus cum addit Scdm verbū tuū

**A**rticulus primus de abissu humilitatis gloriose  
virginis marie qñ consensit concipere filiū dei

**I**n primo misterio ostendit gloriose virginis hu  
militatis stupende abissus cū angelo ait. Ecce an  
cilla domini. Non enim inquit. Ecce domina ec  
ce regina ecce sponsa. ecce mater. sed ecce ancilla.

**H**ec humilitas in mēte virginis tripliciter fulsit.  
Primo in illius mentali conturbatione. Secundo in tremu  
la expectatione. Tercio in prompta suiipsius dedicatōne.

**Q**uod in conturbatione virginis ab angelo  
nunciante fulsit eius humilitas mentalis

Ca. 1

**P**

**P**rimo in illius mentali conturbatione ut superi<sup>9</sup>  
dicitur Luce pmo ca. turbata est in sermone ei<sup>9</sup>

**I**n quo fulsit mentalis virginis humilitas. Hec  
enim turbatio orta est ex sue laudis horrore. Si  
enim ei dixisset angelus. Ve tibi omnium creaturarum vilis  
sima miromodo exhilarata fuisset. quia talem se inextima  
biliter et indicibiliter sentiebat. ac cū econtra se audiret dici  
gracia plena inter mulieres singulariter benedicta non po  
tuit talis laudis preconium tollerare. Merito ergo postq̃ pce  
pit exultando inquit. Quia respexit humilitatē ancille sue ec  
ce em̃ ex hoc beatā me dicent omnes generationes. Respexit  
humilitatē inquit. non dicit nobilitatē vel altitudinē. qz do  
minus humilia respicit et alta a longe cognoscit. Nec ait re  
spexit potentiā. qz dñs deposuit potētes de sede et exultavit  
humiles Lu. 1. Nec inquit. Respexit sapientiā. quia stultā fe  
cit deus sapientiā huius mundi. primo ad Corinth. 1. ca. Et  
deniqz ait. Respexit dñs virginitatē meā sed humilitatē. qz  
reperiuntur et fatue virgines Mathei. 24. Quinqz aut̃ ex eis  
erant fatue. Proinde Berñ ait de beata virgine. Et si ex vir  
ginitate placuit. tñ ex humilitate concepit Lig̃ em̃ oīa supra  
dicta miromodo fuerunt in virgine benedicta et glouosa. qz  
tñ hec oīa respiciūt secularē gloriā nō nisi de sola glia humi



litate. Illa em̄ seculares in muliere querere solent. Merito ergo subdit. Ecce enim ex hoc. i. ex humilitate qua placui altisimo. beatam me dicent omnes generationes. s. celestium terrestrium et infernorum. quia omnibus istis marie humilitas attulit utilitatem. Angelis restorationem. hominibus reconciliationem. et captivis miseris liberationem. quia genuit angelorum restauratorem. hominum reconciliatorem. et captiuorum in limbo liberatorem. Hoc est q̄ sibi in persona Judith dicitur Judith. 14. ca. Tu gloria ierusalem. scz celestis. quia ruinas in angelis reparasti. Tu leticia israel. quo ad captiuos quos liberasti. Tu honorificentia populi tui. id est hominum quibus dñm iesum christum et fratrem et reconciliatorem genuisti.

**Quanta in admirando aduentu filij dei humilitas gloriose virginis marie fuit**

Ca. ij

Eūdo fuit eius humilitas in tremula expectatione ineffabilis super se aduentus maiestatis diuine q̄ super se futuram sensit tanq̄ quendam sup̄ immensissimum ⁊ infiniti ponderis montem qui ipsam sub se seu intra se funditus sepeliret et eius nihilitatem sue eternitatis seu totalis immensitatis pondere ineffabiliter pressam in eternum teneret. Si em̄ sanctissimus Job in. 31. ca. semp̄ inquires quasi tumentes super me fluctus timui et pondus eius ferre non potui. Quantomagis in qua de morte maiestatis diuine h̄itantis in ea absisus est lapis qui fracta statua vanitatis mūdane fact⁹ est mōs magn⁹ replēs vniuersaz terrā. vt d̄ mystice Daniel. 2. Si igit̄ modicā stillā diuinorum sermonū audire vix possum⁹ sine reuerētia et timore. q̄tomagis ip̄a preemuit q̄n̄ tonitruū diuine maiestatis cū fulguratione ineffabil̄ p̄tatis atq̄ v̄tatis supra se directe venire p̄sensit.

**Quanta humilitate se dedicauit b̄ta virgo maria ad obsequia filij eius**

Ca. iij.

Ercio aut̄ humilitas v̄ginis fuit in p̄mpta dedicatione suiipi⁹ ad dei pris filij cōnabilia obsequia ⁊

mādata q̄ quidē sui dedicatōz exp̄ssit dicēs. Ecce ancilla dñi  
Notāter quidē aduertendū est q̄ quāta hūana mēs ad altō  
ra et p̄fundiora dei se vocari efficaciter sentit. tātō etiā sentit  
se ad altiora dei obsequia mācipari. in quib⁹ incōpārē maior  
in deū hūilitas ⁊ reuerētia ⁊ timoratio ⁊ circūspectio ⁊ sollici  
ta diligentia magis necessaria sunt. Proin⁹ quero a te si nos  
cū tāta humilitate ⁊ reuerētia sacm̄ eucaristie. i. sc̄tissimū cor  
p⁹ xpi tractam⁹ cū q̄ta mī filij dei tā in vtero q̄ in brachijs  
⁊ in cunis tractauit infāntē deū. Constat q̄ qñ p̄sensit in xpi  
p̄ceptōz ⁊ partū optie nouit se hūiōi obsequiis totālī dedi  
candā. Rursus si sc̄tificatōrē et supplicatōrē p̄ p̄ctis oībus ex  
piandis se nouerat pro salute sua et omniū concepturaz pa  
rituram ⁊ nutrituram. Constat q̄ eo ipso sentiebat se esse vi  
scerosi et maternali affectu immergendā illis humilibus sup  
plicationibus que fieri debebant eterno patri ⁊ filio dei. qui  
sz omnia peccata mundi super se tulit quasi esset factum ab  
eo peccatuū. Ergo quando consensit sensit se in illum con  
sensum dedicari et immergi prefatis humiliatōibus et hu  
milibus obsequiis et officiis redemptoris. Propter q̄ quan  
do deum magnificauit Luce. i. ca. p̄imū propter quod deus  
in se resperisse commemorat fuit humilitas. Vnde sicut pre  
dictuū est ait. Quia resperit humilitatē ancille sue. Merito  
ergo Bern. ait. Eva per superbia mīse dei ancillā esse nō cōsi  
derans deo parificari voluit. Maria vero hūiliter sc̄tōi suo  
se humilians ancillam se nominauit. ideo illa est electa. ista  
vero abiecta. Seruauit virgo maria illud qđ dicitur Judith  
8. c. humiliem⁹ illi aīas nostras. Alioquin gracia impleri nō  
posset nisi humilitatē cordis habuisset. Nam vt dicitur. i. pe  
4. ca. Superbis deus resistit. humilibus autem dat gratiam  
Petrus quoq̄ Bāuanens super missus est ait. Ecce q̄ voca  
uit angelus dominam. ipsa se recognoscit ancillam. quia de  
uotus animus infusis beneficijs ad obsequium crescit. auge  
tur ad gratiam non per superbiam contumescit non ad arro  
ganciam profilit



**A**rticulus secundus de ardentissimo desiderio  
caritatis gloriose virginis Marie ad incarnatio-  
nem filij dei.

**I**n secundo mistekio demonstratur beate virginis  
desideriose caritatis excessus. quia inquit. Fiat mi-  
hi. Quero etenim a quocunq; quantam dei carita-  
tem super hunc consensum superintraturam pre-  
senserit quod si mihi explicare poteritis ⁊ ego vo-  
bis dicam ex quanta caritate et desiderio in tantam carita-  
tem consensit. Non enim dubito quin iste consensus fuerit  
a flammea fornace caritatis tendens in infinite caritatis a-  
bissum. Proinde non mirum si huiusmodi consensus per ar-  
dentissimum desiderium incensum fuit caritatis virginis be-  
nedicte. Et qđ est reuera in tribus apparuit. Primo i magna  
pmissione. Secdo in cita creditōe. Tercio in pmppta p̃sensioe.

**Q**uod ex tribus apparuit desiderium magnum  
gloriose virginis ad in carnationē filij dei Ca. 1

**A**nimo quidem apparuit virginis desiderii ma-  
gnum in magna promissione. Non enim mirum  
si tam magna desiderauit nam desiderabilia au-  
diuit desiderabilia intellexit ⁊ desiderabilia requi-  
siuit. **P**rimo quidem multum desiderauit. nam  
desiderabilia audiuit. Audiuit em̃ futuram se matrem dei. di-  
cente sibi angelo Ecce concipies ⁊ paries filiū ⁊c. Luce. 1. ca.  
Audiuit filiū quem paritura esset. esse saluatore mundi. quia  
subdit angelus dicens Et vocabis nomen eius iesum. i. salua-  
torem. Sic enim interpretatur iesus qđ ipsa intelligebat: Sz  
expressius tanq̃ minus intelligenti idem angelus Ioseph  
ait Mathei. 2. ca. Vocabis nomē ei⁹ iesum. ipe em̃ saluū faci-  
et pplm̃ suū a pctis eoz. Audiuit qđ obumbratione spūssancti  
se pcepturā ipm̃ filiū dei. Proin ipe gabriel subdit Spūssan-  
ct⁹ supueniet i te ⁊ vire⁹ altissimi obūbrabit tibi Quid igit̃ mi-  
rū si summe desiderauit qñ tot desiderabilia audiuit et in se

plenda cognouit. Proinde dicere potuit illud ysaie 26. *Mia mea desiderabat te in nocte s̄ et in spū meo in p̄cordiis meis vigilabo ad te.* Alii enī in nocte. i. in isto caliginoso tempe. De hac nocte sapien. 18. *Cū nox ī suo curso mediū iter hēret om̄ nipotēs s̄mo tu⁹ dñe a regalib⁹ sedibus venit.* Nā in medio tpm legis et gracie hec virgo verbū dei pcepit. Vel p noctē p̄templatōis sup̄splendentē caliginē intellige in q̄ nocte hec virgo surrexit. et apice affectionis in eterna se sustulit. verbū de sinu patris rapuit. oīmqz creature suū auctore et principiū restituit s̄m qz de ip̄a sub figura ml̄is fortis Prouer. vlti. sc̄i ptum est. De nocte surrexit deditqz predam domesticis suis. ¶ Sc̄do vero multū desiderauit qz desiderabilia intellexit. si enī memoria filij dei (qz sūme desiderabilis ē) in maxio desi derio aīe sc̄tis pphetis fuit iuxta illud ysa. 26. *Memoriale ei⁹ in desiderio aīe.* q̄tomagis p̄ntia ei⁹. Et nō qualiscūqz s̄ per carnis assumptōez excellentissima fuit. Cū ergo solū sc̄ōz ar dēti desiderio ipse fuit adeo repletus vt ysa. 62. dicent. *Vti nam distumperes celos et descenderes.* Et in illis t̄mō per grām fuit memoria ei⁹. quātomagis desiderauit illa que ei⁹ p̄ntiaz nō t̄m mēte sed etiā in carne sua experta est. Proin di cere poterat illud ad philip. 1. *Cupio dissolui et esse cū xp̄o.* nō t̄m vt paulus p grē cōicātōez. sed vna caro et vna vita p carnis mee largitōem. ¶ Tercio quoqz multum desiderauit. quia desiderabilia requisit. Que enim multū querim⁹ mul tū desideramus. Propterea Lu. 14. merito de ea dicitur. *Mu lier lucernā accendit domū euerit dragmā perditā querit.* Mistice quippe dragma dei sapiā est. q̄ amiserat natura hu mana. s̄ ml̄r. i. maria tunc lucernā accēdit q̄n virginitatis exē plū labili mōdo dedit. Domū evertit q̄n per mētis industriaz in oībus requiē quesuit. et nusquā ni dragmam p̄ditaz. i. dei sapiām inuenit. q̄n ip̄am p conceptionē ni habitauit p̄sensuz vñ Eccl̄. 29. *In oīb⁹ requiē quesui et in hereditate dñi morabor.* tūc pcepit dñs angelo et dixit mihi vcz annūciādo vo lūtatez dei de in carnatiōe filij dei. Et qui creauit me requie-



nit in tabernaculo meo. scđ cōsensi angelo nunciāti. quādo  
videlīz dixit. Siat mihi s̄m verbū tuum.

**Q**uod beata virgo incarnationis filiū dei ma-  
gnū desiderium demonstrauit. quia cito cre-  
didit angelo annuncianti

Ca. ij

Ecūdo apparuit magnū desiderium virginis glo-  
riose in cita creditione. Profecto cito credim⁹ que  
multum desideramus. Quāntū fuit desideriu⁹ in  
eius credulitate patz. Primo quia credidit incredi-  
bile. Secdo quia credidit mirabile. Tercio quia credidit ama-  
bile. ¶ Primo qui ppe multuz desiderauit quia credidit incre-  
dibile. quia hoc qđ credidit erat maximū ad mirabile et ma-  
xime incredibile. Hoc opus quippe maxime erat admirabile.  
Si em̄ admiratio est stupor mentis ex ignorantia cause for-  
malis. Forma autem incarnationis supremo ordini angelo-  
rum non est cognita s̄m Dionisium de diuinis nominibus  
26. ca. Vnde ait. Diuina iesu formatio ⁊ archana est et omni-  
rationi et intellectui incognita est etiam ipso prestantissimo  
ordini honorabilissimorū angelorum. Hoc enim omniuz est  
admirabilius et per psequens incredibilius. Magnū igit̄ fuit  
desideriū vginis quo tā incredibilia tam cito credidit. Pro  
inde mystice figuratur in illa Anna. Thobie. 4. ca. que sedens  
in summitate montis. i. in summitate sue mentis in acumine  
omniū creatorū per contemplationem quiescit. vbi per de-  
siderium expectauit filium suum. ¶ Secundo multum desi-  
derauit quia credidit mirabile. Noua quippe difficilīus cre-  
dimus. Et magis noua mirabilia esse videntur. Nam no-  
uum est cuius inventio rara est. Sed hoc opus maxime fuit  
nouum. Qđ tamen Jeremie. 31. ca. predictum est. Sacer in-  
quid dominus nouum super terram. Hoc est qđ dicit Dioni-  
sius de diuinis nominibus. ca. 10. scz hoc esse nouum omni-  
um nouorū. Videtur igit̄ qđ hoc opus summe incredibile erat  
Quando igitur maria tam cito credidit qđ se nec excusauit.

nec impotentiam nec infirmitatem allegauit. sed fieri posse per eam sperauit. Vnde et modum fiendi tantum quesuit. Quomodo inquit fiet istud quoniam virum non cognosco. Nunquid non multum credidit. Tercio insuper multum desiderauit quia credidit amabile. Amor quippe sicut Berenhardum super Cantica omelia nona preceps est. Vnde nec iudicio postulat nec consilio temperatur nec pudore frenatur nec rationi subicitur. Verus enim amor de viribus non cogitat. de posse non deliberat. de scientia non excusat. sed etiam que videntur incredibilia sperat. non procrastinat. sed ad impossibile. quod concipit festinat et properat. Maria igitur cum audiuit. si incarnandum dei filium. auditum amauit. amatum desiderauit. perficere desiderium per fidem sperauit. propterea inquit fiat mihi

Quod beata virgo incarnationis filij dei magnam desiderium demonstrauit quia prompte consensit angelo nuncianti **Ca. iij.**

Ergo appuit in virgine gloriosa desiderium magnum in prompta consensione seu in sui consensus expressione. Siquidem quod credidit non tacuit non dissimulauit. non negauit. sed cum se cooperatricem audiuit. in voce exultationis prorupit atque ab omnibus derelictis diu desideratum consensum prebuit dicens. Ecce ancilla domini fiat etc. De quo Bernardus ait. Quod verbum omni acceptatione dignum quod sic tam ardens exprimit desiderium. quod de sinu patris rapit dei filium. Quod verbum transitorium quod complectitur sempiternum. Quod gratum responsum quod filium dei suscipit spiritum. Quod verbum virginis si tam validum quod ad se trahit dominum. Vere magnam expressit suum desiderium. quando tanto operi tam facile adhibuit consensum. Quid enim maius sicut Iohannes Damascenus. quam deum hominem fieri.

Articulus tertius quod maxime in tribus fidei luminibus appuit magnitudo fidei virginis benedictę

In tercio misterio demonstratur beate virginis luminosę fidelitatis sensus. quia clauditur dei sicut verbum tuum profecto summa et vniuersalissima fundamenta nostre fidei



beate virgini pposita sunt ita q in hoc non potuit consen-  
te nisi firmissime credendo illa. Et hoc non solum absolute  
z in generali sed vt etiā in particulari determinationē illorū  
ad seipsam faceret vel haberet vel ad horam illam instanta-  
neam in qua determinandus erat consensus eius vt scz in fi-  
ne illius consensus vere conciperet filium dei. Proinde nō si-  
ne causa a sancta Elisabet ab actu fidei singulariter commen-  
datur cum Lu. i. ca. inquit. Beata que credidisti perficientur  
in te que dicta sunt tibi a domino. Profecto igitur magnitu-  
do fidei eius in hoc consensu in tribus luminibus demonstra-  
ta est. Primum autem lumen fuit quia credidit qd a seculo  
nō audiuit. Scdm lumē fuit qz credidit q esse supra naturā  
sciuit. Terciu fuit qz se cooperatricē tante rei intellexit.

**Q**uod magna fuit fides virginis quia credidit  
cito quantumcunq fuerint alias inaudita

Ca. i

Primum eius fidei lumen fuit quia credidit q a  
seculo non audiuit vbi apparuit magna fides be-  
ate virginis marie. Fides autem est ex auditu ad  
Romanos. 10. ca. Vnde quod frequenter auditur  
facilius creditur et econuerso. Sed hoc a seculo  
auditum non est scz q virgo sine dolore pareret. z pariendo  
virgo permaneret. Proinde ysaias ait vltimo ca. Anteq par-  
tureret. i. sensum et dolorem partus sentiret peperit masculū.  
Quis vnquam audiuit tale. Et tamen istud inauditum per  
unicum angeli sermonem credidit. Profecto ergo magnitudi-  
nē fidei habuit vt d ea vere dicere possit filius dei illud Ma-  
th. 8. ca. Non inueni tantam fidem in israel. Nec de hoc be-  
ata virgo exemplum aliquod vidit. Facilius quippe credim⁹  
quorum exempla frequenter videmus. Non enim est incredi-  
bile quod est exemplo notabile. deum fieri hominem nullo  
exemplo visibile est. Vñ ysaiē vltimo scriptum est. Quis vi-

dit huic simile. quasi diceret nullus. Ergo summe inter omnia credenda in credibile est. Vnde *Ysaías. 43. ca.* dicit. Domine quis credidit auditui nostro. Nihil tamen cuius creditur salubrius est. Cum igitur hoc summe incredibile et nullo exemplo visibile credidit. nunquid non fidez maximam habuit. Proinde de illa ecclesia cantat. Sola sine exemplo placuit virgo christo. Proinde ei *Elisabet Luce. 1. ca.* ait. Beata que credidisti. Nam et si supra angelo inquit. quomodo fiet istud &c. Nō dubitauit sed credidit et querēdo modū investigauit

**Q**uod magna apparuit virginis fides quia credidit q̄ supra naturam sciuit

**Ca. ij**

**S**ecundo magna fuit fides beate virginis propter secundum lumen fidei eius quia credidit quod supra naturam esse sciuit. Nam illud est mirum cuius inuentio raro est. Huius autem operatio. scilicet incarnationis filij dei fuit rarissima. Immo ab inuentio modi nō inuenta quāsq̄ venit hec gloriosa mulier. que inuenit gratiam apud deum patrem. Vnde *Canticorum. 8. ca.* ipsa inquit. Factus sum coram eo quasi pacem reprens. id est ipsum qui est pax nostra ut dicit apostolus ad *Ephesios 2. ca.* Si igitur hoc rarum et mirum credidit profecto maximam fidem habuit. Vnde *Augustinus de bono virginitatis* ait. Beatior fuit maria concipiendo fidem christi q̄ concipiendo carnem christi. Materna propinquitas nihil matie profuisset nisi Christum felicius corde quam carne gestasset. Profecto multum credidit quia summe mirabile cognouit in se implendum. Nam ut testatur *Augustinus de utilitate credendi.* Miraculis est insolidum et arduū aliquid supra spem et facultate admirantis existens. Hoc opus autem arduum. immo arduissimum fuit. quia sublimis dei op⁹ extitit. Propterea dicit angelus virgini. Spiritus sanctus superueniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi &c. Super spem et facultatem admirantis fuit. Quis enim sentire posset celorum



dominum in utero virginis clausum. summum infimum. do-  
minum seruum. in celo regnantem a femina rectum. et tandē  
verbum eternum in tempore carne factum. Vere igitur hoc  
mirabile fuit summū mirabile et tamen hoc virgo gloriosa  
credidit. Igitur magnitudinem fidei habuit. vt a filio dei il-  
li merito dici posset illud Math. 14. c. Mulier. magna est  
fides tua sicut credidisti fiat tibi

**Q**uod apparuit in virgine fidei magnitudo quia se in  
tanto ope indignam cooperatricē recognouit Ca. iij

Ercio apparuit in virgine magna fides ppter ter-  
ciū lumē quia se coopatricē tante rei recognouit  
et intellexit Audiuit enī ab angelo. picipes ⁊ pari-  
es filiū. et sequit. Que cū audisset turbata ē in ser-  
mone eius. Et forte ppter hoc turbata fuit. qz se insufficientē  
coopatricē ad tātū misteriiū recognouit. Attamē diuino ra-  
dio illustrata intelligēs voluntatē dei se pferet ancillā et non  
coopatricē tāte salutis. Ob hoc enī angelus ad eam miss⁹  
est vigil ad vigilem gabriel ad virginē. Vñ Daniel. 8. ca. mi-  
stice scriptū est. Ecce vigil descēdit de celo. Nō enī sic ad pri-  
mū hoīem vt de eo fieret femina missus est sopor in virginē  
sed vt de ea incarnaretur sapientia dei angelus ad virginē  
vt tanti secreti conscia necnon ⁊ voluntaria ⁊ p̄mptā coope-  
ratricē ⁊ ministrā esse sciret. Proin debuit Augu. v̄gini s̄mo-  
nē facere ⁊ p fidē p̄sensum eius elicere. Virgo eadē r̄ndere de-  
buit et assensum suū exprimere ⁊ sic credulitatē suā pferre q̄  
quidē esse nō potuit sine s̄mone. Quō enī crederet v̄go nisi  
angelo p̄dicāte. Aut quō predicaret angel⁹ nisi deo mittēte.  
s̄m aplm ad Ro. x. quō audiēt sine p̄dicāte ⁊ quō p̄dicāt nisi  
mittant. Vere igit fidē magnā habuit brā v̄go vt merito ei  
ab angelo dici posset illud Math. 14. M̄r. magna est fides  
tua. Suit plane et iuxta angelicū dictū pcepit dei filiū. Pro-  
pterea inquit. fiat mihi s̄m verbū tuū. q̄si diceret. Qd in aure  
mea facta ē per angelicā salutatōez ⁊ in mēte mea p fidei p̄ce-  
ptionē fiat etiā in utero mō p diuini v̄bi incarnatōez. Q ver

bū oī iucūditate et leticia plenū audire virginē bñdictā dicē-  
tē. Ecce ancilla dñi &c. Hoc ē verbū q̄ audire optabāt superi  
.i. angeli restaurādi infeti. i. prēs sc̄ti de inferno liberādi q̄ de  
siderabāt posteri. s. p̄ tuū filiū redimēdi qđ appetebāt exteri  
s̄z appetit⁹ creature p̄sumādi. Dedisti v̄go maria verbū tui  
dignissimi z virtuosissimi p̄sensus et suscepisti verbū de sinu  
pris z tui diuinissimi z v̄ginalis p̄cept⁹. Tene dñā mea q̄ ha-  
bes p̄ nobis sua q̄ tenes. Suscipe orōes z deuotōes nr̄as z p̄  
nobis ad filiū tuū efficaces porrige p̄ces vt tecum z cū filiō  
tuo regnare possū⁹ in eternū. Qui cum patre et sp̄s sc̄to &c.

In annūciatōe gloriose virginis infra diē ite  
rū de virginali consensu Sermo Sxtus

**Ecce ancilla dñi fiat mihi se**

e cū dū v̄bū tuū. Lu. i. z in euāgelio hodierno. vt  
digne z vere v̄bis b̄ti Bern. vt ar̄ nihil ē q̄ tñ  
me terret. nec ē q̄ tñ me delectet sicut de b̄tā  
v̄gine s̄mōes hr̄e. Terret me inq̄ indignitas  
pp̄ia. s̄ me delectat v̄ginis laus z excellētia. Libz ergo vltra  
ea que de v̄ginali p̄sensu sup̄ dicta sunt itēz ac itēz de tā ad-  
mirāda materia balbutire. Ait em̄ v̄go angelo nunciāti. Ecce  
ancilla dñi. In q̄ admirādo p̄sensu tria admirari libet. P̄mo  
admirādum obiectum. Secundo admirandum actum Ter-  
cio admirādum adiutorium.

Articulus primus de quadruplici obiecto q̄ ha-  
buit beata virgo cū consensit concipere filiū dei

Primo p̄templemur q̄ttuor obiecta que in hoc cō-  
sensu interuenerūt Considerem⁹ p̄mo obiectū i  
qđ consensit. Sc̄do sc̄dm qđ consensit. Tercio cui  
p̄sensit. Quarto p̄pter quid p̄sensit. primū obiectū  
fuit x̄ps. sc̄dm sp̄s sc̄tus. terciū p̄r etern⁹. q̄rtū humanū gen⁹.

Qđ beata virgo in annūciatōe p̄sensit cōcipere filiū  
dei visibilem passibilem et mortalem Ca. i



Primo consideremus obiectū in quod consensit.  
quod quidem fuit filius dei iesus christus ut fiens  
eius natura et verus filius vere passibilis et  
mortalis pro vniuersi orbis reparatione mortu-  
rus et quantū erat pro omnium peccatis satisfactorius. Sed in  
possibile fuit eam in tale actū obiectū digne ac debite cōsen-  
tire nisi omnē affectū mentis sue in illud proiecerit et exererit  
et viscerosissime apperuerit. Et nisi illius obiecti singularita-  
tē et singularem oblationē seu modū habendi perspicatissime  
attenderit et intime assenserit et immobilissime et robustissime  
crediderit. et nisi humilime se illi subiecerit et seipsam annihila-  
uerit ita ut sui oblita totaliter conaretur in ipm totaliter tras-  
formari. ut iuxta illud qd per viā amoris potest fieri omnino  
fieret id ipsum seu vnum et idē cum ipso christo. Hoc autem  
erat summe delectari et erigi in abissum trinitatis et vnitatis  
id est in personalem et originalem habitudinē scilicet q̄ refertur  
ad patrem et ad spm̄sanctum a se procedentem. Et iterum in  
viscerari illi mirande humiliatōni q̄ filius dei volebat assum-  
mere ita ut seipsum exinaniens fieret infans et passibilis  
in utero eius et penas acerbissimas pro peccatis omnium subi-  
turus. et exemplar vite crucifixe omnibus expressurus. Hoc  
ergo fuit p̄sentire in christū crucifixū seu crucifigendū et ī pre-  
cium superhabundande satisfactionis omnium peccatorū. et in  
meritum seu promeritōez et impetrationē seu mediatiōnez re-  
paratiōez omnium electorū ex se et intra se formādū et suscipiendū.

**¶** Quid beata virgo in conceptione filij dei ha-  
buit pro subiecto spiritum sanctum sibi a deo  
per angelum repromissum

Ca. ij.

Secundo consideremus obiectū scdm̄ quod quidē  
fuit spiritus sanctus. i. ille ineffabilis supernuentus  
ab angelo. immo a deo sibi p̄ angelū promissus  
ad eam congrue tanto filio sanctificandā et replē-  
dam et immutandā etiā in plē corporali in ea et ex ea modo

specialissimo et supernaturalissimo formandaz. Videm<sup>9</sup> em̃  
 quod tanta est vis mutationis status inferioris insuperiores  
 q̃ cum quis est in procinctu et actu ascendendi ad vnaz alte-  
 ram regionē. aut de statu actiue vite ad culmen contemplati-  
 ue vite et statum. aut de hoc seculo in aliud q̃ homo sentit si-  
 bi imminere quendā mortez per q̃ moritur toti statui et vite  
 priorī. Sentit etiam homo quendam transcendentem ardu-  
 itatem et quasi extraneitatem seu inusitatam nouitatem om-  
 nes persone sensus obstupescendentem ita q̃ ex hoc aliquñ in cor-  
 pore magna horripilatio et membrorum obugescentia. Sed  
 plus distat prior virginis status a sequenti statu sue mater-  
 nitatis q̃ stat<sup>9</sup> maxime fidelis et boni differt a suo statu pri-  
 ori. Sic ergo virgo beata consensendum ad illum statū sen-  
 sit se transire per quendam ineffabilem mortem sui quo ad  
 statum suum priorem ad statum omnino supermundanum  
 et ad regionem siue mansionem inusitatissimaz ad quendā  
 sz̃ diuina abissalia et in alta et in archana in quibus ⁊ a qui-  
 bus erat funditus et irrevocabiliter absorbēda. Si etiā vna  
 domina vel ancilla pauperula sentiens ad se aduentum re-  
 gis imminere mox incipit esse attonita et pre nimia verecun-  
 dia expauescens tota anxia est et sollicita quomodo ipsuz di-  
 gne accipiat. Quātomagis virgo maria sentiens maiestatis  
 filij dei et spiritussancti superhabundantem et in comprehen-  
 sibilem superuenientem mox in eam ruiturū fuit summa ex-  
 pauescentia diuini timoris ⁊ reuerentia tota confusa ⁊ treme-  
 facta et ad digne recipiendū summe sollicita et anxia. Quis  
 poterit excogitare aut effari q̃tū hoc fuit in ea. Nouerat em̃  
 Eccli. 33. ca. scriptū. Pro reuerentia accedet tibi bona gracia.

**Q**uod beata virgo cognouit se electam in spōsaz eterni  
 patris ad concipiendum filium dei. Ca. iij.

Ercio consideremus obiectum in quod consensit  
 sz̃ deo patri offerēti sibi tamq̃ sue sponse filiū su-  
 um et requirenti super hoc consensum eius. Que



ro ergo a te q̄tum in ipsa oblatione deo talia offerrenti ob  
ligari se consensit ad ipsum longe plus q̄ antea superaman  
dum ac superobediendum ei ac seruiendum et regraciandus  
et recognoscendum talem gratiam et caritatem vt sc̄z sit sp̄s  
sa illius vt ipse et non alius illius mentem et vterum insin  
deret filium suum et per illius diuinissimū spiritus sui ardo  
rē ipsam sic inflāmaret ⁊ inmutaret q̄ ex ea et in ea forma  
ret corpus filio suo ita q̄ vere esset fili⁹ dei ⁊ fili⁹ v̄ginis. No  
lo q̄ in predictis aliud fecerit q̄ facere tenebat s̄m mensurā  
et p̄portionē pr̄is offerentis ⁊ doni oblati q̄ satis est ad oīm  
sc̄tōz merita superāda. Attēde etiā q̄tū totū intellectū et affe  
ctū suū eam oportuit captiuare ad digne assumendū et p̄sen  
tiendū veritati eterne sibi mō nobis incredibili ⁊ inaccessiblei  
li p̄portionātis ineffabiles veritates p̄ntes pariter ⁊ futuras  
siue fiendas. Nō em̄ p̄ponebant sibi p̄dictā sicut vni simplici  
vetule. s̄ sicut ei in qua principalissima fundamēta toti⁹ nr̄e  
reparatōis et mūdi erāt repēte iacienda et fabricanda ⁊ hoc  
per intermedia eius fidem et spem et amorousum s̄it et humi  
lem et famulatorium eius consensum et assensum.

**¶** Quid beata virgo intellexit se debere concipere  
filiū dei p̄ humani generis reparatione

Ca. iiii

Varro p̄siderem⁹ p̄pter quid cōsensit. sc̄z p̄pter vni  
uersi orbis reparatōez ⁊ recuperatōez h̄ndam in q̄ ⁊  
suiipsi⁹ sal⁹ ⁊ reparatio p̄tinebat. ⁊ p̄pter dei laudē ⁊  
gl̄am ex hoc subsequaturā. Q̄ntū igit̄ istū sc̄m ⁊ fi  
nē amabat. sic etiā desiderabat. nā hinc p̄debat salus sua ⁊  
oīm electoz. vñ Augu. in simone de nat̄itate ei⁹ ait. Q̄ inquit  
br̄a maria sc̄lm oē captiuū tuū deprecā assensū te dñā mōs  
sue fidei obsidē fecit. Noli morari v̄go festinatē r̄nde v̄bū ⁊  
suscipe filiū. da fidē et senti v̄tutē. Sic ergo s̄m mēsurā hui⁹  
finis sibi p̄positi debuit consensus eius erigi et dilatarī in ip̄s  
Sicut etiā oīm electoz sal⁹ s̄m ordinē diuine p̄destinatōis ex  
h⁹ v̄gis assensu p̄debat. Nōne ex ip̄o fidel⁹ r̄s dictat q̄ de⁹  
p̄destinans dedit huic consensui dignā efficacīā ⁊ virtutem.

Articulus secundus de quadruplici actu virtutū  
q̄ congregauit virgo in conceptu filiū dei.

Ecūdo contēplem⁹ hui⁹ p̄sensus admirādū actū.

Circa quē attēde diligēter quō p̄fectōez oīm subli  
miū actūū secū ineffabili trāscendentia p̄gregauit

Et sumo q̄ ad p̄ns tū q̄tuor act⁹ virginee mētis  
summe p̄fectoz. Et p̄io martiriū et pat̄ie. sc̄do pietatis ⁊ mie  
tercie castitatis ⁊ mūdicie. q̄rto actū vcz vite actiē ⁊ p̄tēplatiē

Quō miro martirio se deo dicauit. ⁊ obtulit se  
beata virgo in conceptione filiū dei.

Ca. 1

Primo autē sumo maternū ⁊ summū actū martiriū

Nā sicut p̄ martiriū se offert martir deo in holo  
caustū medullatū. Sic filia hec vgo obtulit se ad  
vnā ineffabilē mortē q̄ p̄misim⁹ supra sc̄do men  
bro.

Et ad illud ineffabile incēdiū q̄ in ip̄a ch̄risti p̄ceptōe to  
ta fuit succesa. Si em̄ añ hoc etiā ip̄a p̄ceteris fuit p̄mpta ad  
exponēdū se oī morti ⁊ martirio p̄pter deū quē cōpabim⁹ ei ⁊  
hac hora. Sic etiā oēs qui p̄ baptisimū introeūt statū xp̄i p̄se  
pulti sunt sūm aplm̄ ad Ro. 6. Per baptisimū ī mortē vt cr̄i  
cificat⁹ vt⁹ hō eoz. Quāto igit⁹ vgo cū xp̄o crucifixa est ī ho  
ra p̄ceptōis hui⁹. nā ab instātī p̄ceptōis fuit maria xp̄i cor⁹ ac  
tus matern⁹ q̄ deo p̄ oībus satisfecit. ⁊ q̄ ad oēm penā ⁊ mor  
tē deo placitā vel exactā se p̄mptissime exposuit in suo velle  
materno. Cōstat autē q̄ angl̄s seu de⁹ p̄ anglm̄ filiū p̄cipiē  
dū p̄posuit tanq̄ futur⁹ oīm redēptorē ⁊ saluatorē. nec ita paz  
fuit in deū illūminata quin p̄ se intelligeret q̄ fili⁹ dei sine sum  
mis ⁊ arduis causis nō fieret hō mortal⁹ ⁊ nasceret⁹ ex ea. Pre  
terea puelle v̄gini despōsate ⁊ honestissime ac pudoratissime  
si a nō suo viro ipugnādā se sentiat nihil cici⁹ aut sensibili⁹  
ei⁹ mēti occurrat q̄ qd a suo viro adulterata reputaret. et ab  
ip̄o tūq̄ adultera diffamaret⁹ ⁊ abiceret⁹. Nullū qui p̄pe gen⁹  
p̄fusiōis aut mortis ē v̄gini tali sic p̄fusibile sicut ē p̄fusio tal  
Ergo vgo btā p̄senties ī suā gravidatōez exposuit se p̄fusiōi p̄  
fate sibi horribili⁹ plusq̄ qd cūq̄ aliū gen⁹ p̄fusiōis et mortis



Si vero dicatur q̄ defacili potuit cogitare q̄ deus saltem p̄pter vituperium filiū euitandum non permetteret eam tali confusione exponi. Cōtra hoc est q̄ ex quo ipsum sciebat t̄ā quā portaturum confusione et penam tante satisfactioni cōdignam habuit multum suspicari q̄ deus hoc et maiora permitteret fieri contra filium suum. Propterea in hoc saltez ap̄paruit mira constantia cordis. quia q̄tūm ex scripturis habetur non quesuit ab angelo remediū contra confusioneꝝ predictam nec consiliū aut certificationem aliq̄ super eue tum ipsius. In signum igitur q̄ crucifixa crucifixū concepit ordinauit summa sapientia dei q̄ eodem die Ch̄istum concepit quo etiam fuit passus.

**¶ Quid** p̄pter admirandam pietatem ad humanū gen<sup>9</sup> elegit beata virgo concipere filiū dei **Ca. ij.**

Secundo sumo actū pietatis et misericordie. Per hunc em̄ consensum omniū electorum saluteꝝ viscerosissime expectijt et procurauit et omniū salutis ac saluatori eorum se singularissime dedicauit p̄ hunc consensit ita vt extunc omnes in suis visceribus baiularet tanq̄ verissima mater filios suos. vñ Augu. de natiuitate eius inquit. O beata virgo quis tibi digne valeat iura gratiarū et laudes et preconia impendere que singulari tuo assensu mūdo succurristi perditō. Quas tibi laudes fragilitas humana persoluet que solo tuo commertio additū recuperandi iuenisti. Accipe itaq̄ q̄scūq̄ exiles et meritis tuis ī pares grā rū actōes et cū susceperis vota. culpas nrās orādo excusa

**¶ Quid** in consensu conceptionis filiū dei in beata virgine castitas tripliciter refulsit **Ca. iij.**

Ercio sumo actū castitatis et mētalīs mūdiciē seu puritatis que quidē in hoc p̄sensu in miro excessu triplr̄ fulsit. Primo in p̄posito v̄ginitatis. sc̄do in augmēto sc̄tītatis. tercio ī experimēto diuinitatis

48  
¶ Primo in proposito virginittatis. q̄ q̄tum in se fuit etiā p̄ si-  
lio dei p̄cipiēdo refugit oēm virilē p̄mixtōem. Proin angelo  
nunciātū p̄ceptū filiū dei iquit. Quō fiet istud. q̄si diceret. viz  
nō cognosco. i. in q̄tū sum in statu et voto nūquā cognoscēdi  
viz. q̄si diceret. scio deū multos modos h̄re sub quib⁹ hoc ad  
implere pōt. s̄ vnus q̄tum ē in me ⁊ ex animi mei voto totalt  
est a viro elongat⁹ ⁊ alien⁹ oīno. s. q̄ viz carnalt cognoscēdo  
p̄cipiā etiā deū. Vide q̄tum recedit ab oī p̄rio sui dilecti. i. dei  
q̄n nō solū odit dei offensam. s̄ etiā actū corruptū ⁊ viciosū  
quātūcūq̄ fieret sine dei offensa. sicut vtiq̄ fieri pōt p̄iuga-  
lis actus ⁊ maxime si sit ordinat⁹ ad diuinā plem. ⁊ tñ etiaz  
hunc quātū erat ex se et absolute btā vgo sic odio habuit qd̄  
ex hoc dicit hoc verbū. Et hāc arbitrio causam p̄cipue extitit  
se quare modus concipiēdi ab eterno a deo p̄firus animo  
et eloquio manifeste indicaretur in ea excellētissimus amor  
et zelus huius virginittatis et puritatis. et hoc in summo

¶ Secundo fulsit in augmento sanctitatis. Nam ex promif-  
sione angeli dicentis. q̄ ex superaduentu spūs sancti et ex re-  
frigerabili obūbratione altissimi optime p̄sciuit se intātū  
ab originali infectione purgatā q̄ id qd̄ nascerē ex ea meri-  
to mundū esset ⁊ sanctū. Ergo in p̄fata consensu in hāc sui  
totalem expurgatōem et castificatōez ex totis viscerib⁹ ⁊ me-  
dullis toto corde consensit. ¶ Tercio fulsit in experimēto di-  
uinitatis. q̄ cū deus sit summa castitas ⁊ puritas ⁊ nō in tra-  
re possit nisi cor abscersū ⁊ mōm. ⁊ hoc nō solū a carnalib⁹  
s̄ etiā ab oī fantastico cogitatu. Cōstat q̄ q̄to alti⁹ in diuina  
ascendit tātō diuine puritatis regio fortius a mēte sentitur.  
Ergo cū vgo p̄ hūc p̄sensum in deū p̄cipiendū ascēderit optz  
hunc consensum sensu et affectu diuine castitatis ineffabilr  
fuisse inbuiti. Vñ p̄ hūc actū merito vgo virginū facta fuit.  
s̄m em̄ Ans. decebat vt virgo que deū conciperet tanto puri-  
tate niteret qua sub deo maior nequit intelligi



**Q**uod in consensu conceptionis filij dei actus active vite et contemplative interuenerunt Ca. iij.

**Q**uarto sumo actum utriusque vite. scilicet active et contemplative. Et inde iste actus ex se atque directe totus fuit contemplatiuus in deum concipiendum in mente directus. Pro quanto tamen ex eius carne et in eius carne debuit eius conceptio celebrari. et pro quanto proles generande obsequijs debuit totaliter mancipari. Suit hic consensus etiam nobilissimus genus active vite. nulli competens nisi matri filij dei. Ex quattuor autem predictis et consimilibus virtutum actibus facile colligi potest. quod omnes actus perfectissimarum virtutum aggregate fuerunt in virginis sepe memorato consensu

**A**rticulus tercius de quadruplici adiutorio beate virginis communicato in conceptione filij dei

**E**cce contemlemur huius virginis consensus admirandum adiutorium. Quattuor quidem adiutorio concurrunt ad hunc admirandum consensum. Primum fuit diuina electio. Secundum virginis perfectio. Tercium angelica infusio. Quartum paterna affectio

**Q**uod beata virgo Maria ab eterno electa fuerit mater filij dei.

Ca. i.

**P**rimum quidem adiutorium fuit diuina electio. Nam dei electrix gracia et caritas seu voluntas pre eligens virginem in matrem filij sui et suum electum assensum per angelum ei proponens. et assensum ab ea pre eligens ad hunc consensum admirandum et etiam principale adiutorium dedit. Constat enim quod dei electrix gracia et caritas ad aliquem sanctorum non posset dari consimilis aut equalis. Constat igitur quod secundum quod dei electrix

49  
caritas sub maiori et altiori rōne amoris in aliquē funditur  
sic etiā fortius mouet illum. Si etiā decenter et efficaciter eli-  
git aliquem arduū statum oportet q̄ illū mouet fm̄ proportio-  
nem et exigentiam arduitatis illius status ad quem eligit il-  
lum. et maxime vbi nulla est rebellio ⁊ indispositio ex parte  
mobilis. S; status maternitatis dei ad quē deus virginē eli-  
gebat erat summus stat⁹ qui pure creature dari posset. ergo  
dei electrici gracia siue caritas altissimo modo preuenit ⁊ mo-  
uit cor virginis ad hoc opus. Ergo istud opus altissime p̄ci-  
pauit p̄fectionē atq; influxū et dei formā et similitudinē  
electricis amatrix caritatis dei a qua manabat.

Qd̄ p̄fectio virtutū ⁊ grārum in b̄tā virgine  
ad p̄ceptum filiū dei auxiliū prestitit

Ca. ij

Ecundū vero adiutoriū ad hunc p̄sensum fuit vir-  
ginea p̄fectio. i. formalis ei⁹ grā atq; virt⁹. que vti  
q; Lu. i. teste angelo gabriele. fuit tāta q̄ singula-  
riter dcā fuit. grā plena ⁊ p̄ceteris b̄ndicta. et ideo  
angl's singulr inquit. dñs tecū b̄ndicta tu. Supposito igitur  
tanq̄ certo q̄ tūc p̄ceteris fuerit grā plena. ita q̄ h̄tus grē  
lōge maior in ea fuit q̄ vnq̄ in aliquo sc̄to dū esset in hac vi-  
ta. Tūc arguo oīs mēs sc̄tā atq; discreta tūc tāto forti⁹ attin-  
git et colligit ⁊ erigit ad digne et timorate ad impeccabilr a-  
liqd̄ op⁹ pagendū quāto op⁹ ipm̄ sentit ⁊ nouit esse diuini⁹  
⁊ alti⁹ ⁊ maiori v̄tute et conatu ⁊ circūspectōe et oīmodo p̄se-  
ctōe indigēs ad hoc vt digne ⁊ p̄grue fiat et cōplacibilr deo  
p̄ri. S; quilibz mēs fidelis sentit q̄ summū quid est p̄cipere  
deū ⁊ fieri nr̄z dei. ergo eo ip̄o sentit ⁊ sentire dz q̄ act⁹ ad  
hoc imēdiate p̄tingēs est act⁹ p̄fectissim⁹. et hic fuit p̄sensus  
v̄ginis. Ergo qñ ip̄a sensit se a deo ad hoc p̄legi ⁊ p̄ueniri  
⁊ hūc p̄sensum ab ea exigi oportuit q̄ ex intimis medullis ⁊  
oīm suarū viriū ⁊ v̄tutū notabilib⁹ conatib⁹ se accigeret et di-  
sponeret ad tātā et tā singularē ⁊ inusitatā grāz digne et in-  
peccabilr suscipiendā. s; hoc sc̄m ē digne et debite p̄sentiēdo



Ergo consensus iste pcessit ex oibus virtutibus ⁊ conatibus eius quēadmodū pgrandis lapis machine iacitur ex fortissimis impulsibus totius machine et omnium partium eius.

**¶** Quid conceptum filiū dei tota angelica natura suffragata est.

Ca. iij.

Ercium quoq; adiutorium ad hunc cōsensum angelica infusio fuit. Nam ad hoc opus ministerialiter operatus est influxus ierarchicus omniū angelorum quorum ministerio sū Dionisium tota nostra regitur ierarchia. Constat autem quod in toto eorum ministerio circa nos nihil tantum optabant et intendebant sicut vniuersale electorum salutem atq; saluationem. Sed in hora qua Gabriel ad virginē Mariā missus est omnes nouerunt quod per virginis consensum formandum erat a deo caput et principium nostre salutis christus. s. inquantum homo. Ergo in illa hora angelica curia seu ierarchia totis desideriis et conatibus intendebat in virginē suo ministerio adiuuandum ad tantum opus debite suscipiendū atq; perficiendum. Et hoc apud deum totis viribus pro hac re orando quāz etiam in ipsam sū proportionem ierarchici ordinis influendo. Nam omnis seraphici spiritus tale adiutorium suscipientes a deo influebant illud in Cherubin. cherubin in tronos. troni in dominationes. dñationes in virtutes. virtutes in potestates. potestates in principatus. principatus in archangelos. archangeli in angelos. angeli in Gabrielem. gabriel in virginem benedictam. Nec refert an oēs immediate influant an aliquis in virtute omniū. Nec miretis si virtute omnium plus potuit vnus q̄ facerent in virtute paucorum. aut in sua sola. q̄ pars illa corde arcus que sola īmediate tollit et sagittam impellit iacit tam longe fortius ⁊ operatur in totius arcus virtute q̄ faceret per se solam. Sic quoq; videm⁹ q̄ legatus vnius magne cōitatis vel vrbis vlt vnius cuiuscūq; magni et fortis exercitus. multo potentius ⁊

50  
fortius mouet et trahit corda eorū ad quos mittitur siue ad  
timorem siue ad obedientiam vel amorem. quia gerit omnū  
ciuium et totius communitalis eorum vicem et auctoritatē  
q̄ faceret si veniret cum auctoritate solius medie partis vel  
tercie vel cum sola propria auctoritate

**¶** Quid merita et supplicationes sanctorū ad  
cōsensum virginis auxiliare sunt.

Ca. iiii.

Vartū adiutoriū ad hunc cōsensum fuit paterna  
affectio. Nā ad hoc per pmerentie viam in adiu  
torium cooperans fuit totius cetus precedentiu  
sanctorum. qui utiq; nihil implicite vel explicite  
sup omnia apud deū desiderauerunt saluatōem eorū in eter  
nā vitam. ergo eo ipso oīm intētiōnes siue sancta desideria ⁊  
merita virtualiter concurrebāt ad saluatōez impetrādum et  
introducendum a deo et p consequens ad illā et aduentū ei⁹  
p quā et in qua dand⁹ erat saluator mundi. Si ergo de⁹ at  
tēdebat in hoc opere merita priorū oīm sanctorū patrū. patz  
q; virgini et consensui eius dedit grām a sanctorum meritis  
promeritā. Si ergo diligenter considerent que dicta sunt oīa  
in trib⁹ articulis supradictis pcipiemus huius admirandi cō  
tiam qđ sibi vniret assumpsit. et tunc ad eam qđ prius deiece  
rat naturam sublimandā per misericordiā respexit. Sed q;  
ex prefata humilitate intellexit qđ exaltanda erat. Ideo sub  
iungit dicens. Ecce em̄ ex hoc beatā me dicēt oēs generatōes

sz celi terre inferni. Celi quo ad angelos quos restaurauit.  
 Terre quo ad homines quos reconciliauit. Inferni quo ad  
 captiuos quos liberauit. Hec est de qua Judith. 14. dñm est  
 Tu gloria ierlm. s. celestis. cuius ruinā reparasti q̄tū ad ange  
 los. Tu leticia israel quātū ad captiuos prēs i limbo. Tu ho  
 norificentia ppli nostri. s. hoīm. quib⁹ fratrē et reconcilatores  
 generasti. Vel oēs generationes. i. iudei ⁊ gentes. angeli ⁊ ho  
 mines. masculi et femine. pauperes et diuites. magni et par  
 ui. serui et liberi. iusti et impij. et breuiter oīs p̄ditionis genera  
 tio quia oēs beatificant eā. Proinde Bern. hoc verbū expo  
 nens ait. O dilatātū cor marie dei genitricis q̄ plucidis ocu  
 lis omnē creaturam in vera beatitudine collocandam simul  
 asperixisti. Ecce inquit. intuentis est verbū et denotantis. Ecce  
 iam video q̄ futurū est de me quis fructus procedet ex me.  
 quot et quanta bona non mihi soli sed omnibus generatōni  
 bus proueniant per me. Nam et angelicarū ruinarū numer⁹  
 per meū genitum reintegrabitur. et hominum generatio in a  
 dam maledicta. per benedictū ventris mei fructū ad eternaz  
 beatitudinem regenerabitur hec sm Bern. Et subdens cau  
 sam tante regeneratiōis ait. Quia fecit mihi magna qui po  
 tens est et sanctum nomen eius. Quasi dicat. Hoc ipsum q̄  
 me beatificant omnes generationes. non mihi attribuo. non  
 meis meritis ascribo. Sed potius ei qui fecit mihi magna.  
 Magnum quippe est q̄ virgo sum. sed maximum si cui⁹ ma  
 ter sum attendatur. s. vnigeniti dei fili⁹ ⁊ saluatoris omnium  
 Et licet hec magna facta sint omnibus generaliter. tamen fa  
 cta sunt singulariter mihi et ad meam inestimabilem gloriā  
 in me et de me per spiritum sanctū completa potenter. Pro  
 inde magnificat anima mea dominū. Qualia mihi magna  
 que p̄ experientiam sentio qualia etiā non exprimo. quia nec  
 plene auris angelica intelligere potest. Ista quippe magna  
 nō solū creature sunt maxima. sed maxima ⁊ insupabilia sūt  
 illi qui potens est. immo oīpotens est et sc̄m nomē eius. Et  
 tū nec potentiora nec sapientiora illa facere potuit q̄ in me



fecit dñ. s. verbo vninit hoīem. vt idē sit factor cū factura fili⁹  
meus iesus sup oīa benedictus deus qui ad oīm salute ē fa-  
ctus. s. eterna disposicōe ⁊ inmensa dilectōe facta sunt ad me  
am glām singulārē. Attēde autē q̄ sic subtiliter loquendo brā  
vgo suā hūilitatē ostendit. Nā q̄ ipsa fuerit potens filiū dei  
generare et talia magna recipere nō sue virtuti ascribit. sed  
ei qui potens ē et qui p suā potentia hūilitatē virginis vo-  
luit honorare. Et q̄ etiā sc̄tissima fuerit et genuerit ipm sc̄m  
sc̄tōrum nō sue virtuti attribuit sed sc̄titati illius qui nomen  
sc̄m suū manifestare voluit. dñ mulierē que caput peccati fu-  
erat sic plenissime expurgare voluit. vt genitrix fieret oīs sc̄i-  
tatis in omnia gracie vasa diffudendo. Et hoc totū impo-  
ratur cū dicit. Qui potens est ⁊ sc̄m nomē eius. quasi dicere  
velit. Cū femina omniū creaturariū sit vltima. et tota infe-  
cta inmundicia qualis ex me fuissē nisi ipsius grā me pre-  
seruasset. Ideo fecit in me magna qui po. est. et san. no. eius.  
Qd nūq̄ tā magna decenter manifestare potuit. q̄ qñ muli-  
erem super oīm creaturā puram exaltauit. Et ipsam matrem  
omnis gracie et mundicie per suam sanctitatem effecit

**Qd beata virgo regradatur de beneficijs p  
eā alijs generaliter impensis**

**Ca. ij.**

Ecūdo brā virgo regradat deo de bñficijs. primo  
de bñficijs mie. sc̄do de bñficijs iusticie. tercio de  
beneficijs mie ⁊ iusticie fil. **P**rimo inq̄ regradatur  
deo de bñficijs mie. cū ait. Et mia ei⁹. s. inchoata ē  
me a pgenie. s. primi hoīs in pgenies filioy hoīm s̄z dilatabi-  
tur ⁊ pgenies mōi quas in spū recreādas puidit. Vñ siquidē  
fuit prima pgenies hoīm que deinceps in multas pgenies  
diffusa ē. ⁊ ab oīm alia discreta erat pgenies iudeoy dñtarat  
vni⁹ dei cultū tenentiū quib⁹ primo credita sunt eloquia dei  
⁊ ad isrlitas oues primo dei fili⁹ missus erat vt eis prius de  
inde oīb⁹ miserearet. Nā p osee. i. de⁹ ait. q̄ etiā apls ad Rō  
9. c. cōmemorat dicēs. Et vocabo nō plebē meā plebē meā et  
nō dilectā dilectā. et nō mīaz psecutā mīaz psecutā. et Rō. 12



ca. idem apłus ait. Cōclufit em̃ dñs oīa incredulitate vt oīm  
miseraret. et Sapiē. 11. scriptū est. Misereris oīm qz potes z  
nihil odisti eoz que fecisti. Ergo sicut ppheta inquit. Mīa ei⁹  
ab eterno vsqz in eternū. nō passim tñ sed timētib⁹ eū. qz pfe  
ctu spūssctūs surgit supbū et requiescet sup humilē et mansue  
tū et tremētem smones ei⁹. ppterea beata virgo subdit. Ti  
mentib⁹ eū. Nullus pfecto excluditur a mīa dei nisi dei mi  
sericordiā p inpenitentiā a se excluserit. Altiori tñ intelligen  
tia dicere possum⁹ qz virgo in altissimo lumine ptemplatōis  
vidit p merita sua suū filiū plimū profuturū sc̃tis angelis z  
electis in gratificatiōe et glorificatiōe eoz. Cū in fide et meri  
to reconciliatoris dei et angelorū nascituro de virgine vide  
bāt se angeli gratificari et glorificari a deo. Sicut de hoc ple  
ni⁹ dñm est inqdragesimali de xp̃iana religione sm̃o. 60. ar.  
z. et. 3. Ad hunc igit intellectū loquit̃ beata virgo cū ait. Et  
misericordia eius zc. a progenie angelorum ad progenies ho  
minū tamen de vtriusqz subiungit dicens. Timentibus eum  
sicut infra patebit. **S**cdo beata virgo regraciāt deo de be  
neficijs iusticie. In altissimo quippe lumine sicut predictum  
est intellexit beata virgo qđ dei dona sic electos illuminant  
viuificant et in deū transfo:mant qđ reprobī ex eis maiora si  
bi ex sua induratione et obstinatione atqz ingratitude di  
uine seueritatis accumulāt. Proim̃ magna elctōz dona vt plu  
rimū sint excecatio reproborū maxime qui de sua psumētes  
iusticiam in suis operibus gloriantur. Propterea domin⁹ Jo  
hannis. 9. ca. ait. In iudiciū ego in hunc mundum veni vt  
qui non vident videant. et qui vident ceci fiant. Et sc̃tus Si  
meon Lu. 2. ca. Ecce positus est hic in ruinā z in resurrectiōz  
multoz ex isrl̃. hūc ergo pcessū sacra vgo illuminata pteplās  
postqz sublimissima dona dei mīe in elctōs tā angelos q̃ ho  
mines timentes eum diffusam et defundendam expressit ad  
dei generalia iudicia super reprobos se conuertit. Et rursum  
providentiam dei in regimine creature rationalis describens  
quid superbi demones vel homines mereantur exponit.



Et quia christus per strennuitatē virtutum supra q̄ dici pōt  
operatus est dei patris honorem non tantum sanctificando  
per misericordiā electos taz angelos q̄ homines. Vnde etiā  
per iusticiam impugnando reprobos. Ideo hoc exprimens  
ait. Secit potentiā in brachio suo. Vulgariter quidez vsus lo  
quendi hoc hz q̄ cum aliqd magnū aliquis fecit in hostē vt  
virtus ad brachium referat. Sz non sunt hec verba spūsc̄ti  
per os virginis prompta in augustum leuiter includēda. Al  
te siquidem lateq; diffundi possunt et dñt. Hoc quippe bra  
chiū q̄ beata virgo cōmemorat in quo deus suam potentiā  
fecit eterni patris eternus est filius in tempore virginis filius  
factus. Qui merito propter tria dei brachium nuncupatur  
Primo ppter creationem. sc̄do propter conseruationem. ter  
cio propter expugnationem. ¶ Primo propter creationem.  
Nam sicut per brachium homo operatur. sic pater per filiū  
vniuersa creauit. Vñ Jo. 1. ca. inquit. Omnia per ipsum facta  
sunt. ¶ Secundo propter conseruatōnem seu sustentatōnem  
quia sicut homo in brachio sustentat que portat. sic pater in  
filio suo. Vnde ap̄lus ad hebreos. 1. ca. ait. Portasq; omnia  
in verbo virtutis sue. ¶ Tercio propter expugnationē. quia  
brachio homo pugnat et vincit. similiter deus pater per fili  
um suum pugnat et vincit. Vnde propheta inquit. Redemi  
sti in brachio tuo filios iacob et ioseph. i. electos de iudeis ⁊  
gentibus. Hoc est omnes generationes que salue facte sunt.  
Ait em̄ filios iacob. i. circumcisionis. ⁊ ioseph. i. filios prepuai  
Ioseph enim augmentum interpretatur et ad gentes in egi  
ptum iuit. Propterea per eum gētes signantur. Per hoc em̄  
brachium pater expugnauit diabolū. captiuauit infernum  
subiugauit mundum. Merito ergo beata virgo inquit. Secit  
potentiā ad maiorem certitudinē preteritū ponit. Vel de an  
gelorum loquitur casu. sicut in sermone. 60. in de christiana  
religione apertius demonstrat. In brachio suo. i. in filio suo  
non solum potenter et strennuissime operatus est. sed etiam  
emphatice potentiam fecit. Quia dispersit sup̄bos mēte cor

dis sui. in quo supbiā oīm p̄sumptuosam oñdit noīe mentis  
in q̄ se ceteris excellēiores existimant. nec deo p̄ reuerentiaz  
se inclinant. ostendit etiā affectuosissimā ac p̄ hoc maliciosis  
simam iniquitatē. q̄ ex precordiali affectu honoris p̄p̄ij seip  
sos et p̄tra dei p̄ceptū extollitur. p̄pterea inquit Cordis sui.  
In corde quippe est sedes sanguinis et caloris et p̄ hoc affcū  
alis amor. Vnde p̄ hoc oñdit qđ sunt p̄p̄ij amoris maximi  
amatores. vel alr̄ potest dici Disp̄sit superbos. Dispersit di  
co mente cordis sui. i. sm̄ beneplacitū. cui nemo resistere pōt  
Vt in hoc contra supbiā affectus effectus diuine vindicte  
insinuetur iuxta p̄pheticū dcm̄. Tu humiliasti sicut vulneratū  
superbū. i. luciferū quem eiecisti de paradiso. nō vulneratum.  
q̄ non habebat corpus. sed sicut vulneratū. q̄ habebat sp̄m̄.  
Et sequitur in brachio virtutis tue dispersisti inimicos tuos.  
Qui em̄ sunt inimici dei nisi supbi demones atq̄ hoīes. qui  
eius mandata p̄tempnūt et eius imperiū paruipendunt. De  
mones quippe dispersit qm̄ eos cum lucifero condempnauit  
Superbos aut̄ hoīes aut humiliat aut dampnat. ⁊ sic disper  
det eos. ¶ Tercio beata virgo regraciāt deo de beneficijs mi  
sericordie et iusticie simul. vnde subiungit dicens. Deposuit  
sz̄ christus potentes de sede. i. demones. ecce effectum diuine  
iusticie. Et exaltauit humiles. i. angelos qui se christum humi  
liauerunt et beate virgini benedicte. sicut declaratū est in q̄  
dragesimali de christiane religione sermo. 60. ecce effectū di  
uine misericordie. Ad dei quippe iusticiā pertinet adima de  
ponere nequiter qui sublimia petunt. Et etiam ad eius mise  
ricordiam pertinere videtur exaltare humiles tenentes virtu  
tem humilitatis perseuerātis. hinc Job. 4. scriptū est qđ po  
nit humiles in sublimi et merentes erigit sospitare. Pro hu  
milibus quidem dicta sunt hec. Sed de depositōne superbo  
rum potentū ⁊ exaltatione humiliū Eccli. 10. ca. clarius scri  
ptum est. Sedes ducū supboꝝ destruxit dñs et sedes fecit mi



tes pro eis. Et hoc ad angelos pertinere pōt. Et sequitur. Ra-  
dices gentium superborū arefecit dens et plantauit hūiles ex  
ipsis gentibus. Et hoc ad homines referri potest. Et domin⁹  
Luce. 12. ca. hec omnia iterauit dicens. Omnis qui se exaltat  
humiliabitur. et qui se humiliat exaltabitur. Hoc ergo quod  
beata virgo subdit ad celos et ad homines referatur. Vnde  
dicit. Esurientes impleuit bonis. ecce misericordia esuriens.  
Hoc non corporis sed anime rationalis est. que esurit perue-  
nire in verum et optimum. Cum enim anime rationali fuerit  
gracia data in ampliora tendit esurics eius vt etiam impa-  
rens appetat liberari a vicijs et herere virtutibus et penis ī-  
tentatis sibi etiam mortem appetere non desistat. et semper  
subiaceat laboribus quousq; obtineat huiusmodi bonū quo  
esurientes impleuit bonis. Abhoret etenim vacuum ipsa na-  
tura. sed terrenis vacui celestibus replebuntur. Non duz na-  
tus erat Iesus et iam in ventre illum gestans mater predi-  
cabat quod ipse predicaturus erat Nam Mathei. 4. ca. ipse  
ait. Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam quoniam ipsi satu-  
rabitur. Et propheta ait. Animam esurgentem satiauit bo-  
nis Merito enim anima incessanter desiderans replenda est  
Quod quidem semper facit ille qui potens est. et qui etiam  
nouit quanto desiderio ad virtutes anima eleuatur. Hinc eti-  
am propheta ait. Qui escam dat esurientibus. escam. s. virtu-  
tum que animas alit. Et escam carnis et sanguinis sui quaz  
omnibus fidelibus preparauit. Porro hoc proprium habet  
virtus et bonitas atq; sapientia dei. quia post esum iterum  
esuriens sequitur et gustata iterum desiderium attendunt.  
Vnde Ecclesiastici. 22. ca. dicitur. Qui edunt me adhuc esuri-  
ent. et qui bibunt me adhuc sitiūt. Arguit profecto in anima  
esse virtutem ad ipsum desiderium per amplius inardescēs  
Qualis autem sit saturitas superborum et reproborum ostē-  
dit beata virgo dicēs. cum subdit. Et diuites dimisit inanes.

65  
Ecce diuina iusticia. Et merito relinquuntur inanes cum ani-  
ma transitorijs faciri non posset. Huiusmodi diues fuit ille  
cui a christo Apocalipsis. 7. c. dictum est. Et dicis quia diues  
sum et locupletatus et nullius egeo. Ecce triplex arrogãtia  
spiritualium graciãrum. Qui enim de propria iusticia in se  
confidit attribuit sibi diuitias sapientie dicens. Quia diues  
sum. Presummit de loculis et thesauris iusticie. Vnde addit.  
Locupletatus. Nec virtutes sibi addere querit in sufficienti-  
am qui vana gloria excecatus Propriam non cognoscit infir-  
mitatem. Ideo inquit. Nullius egeo. Ecce quomodo iste di-  
ues erat in spiritu suo. Sed attende quomodo talem diuitẽ  
dominus dimisit inanem. Subdit enim. et nescis quia tu mi-  
ser es. Ille profecto miser est qui omnibus etiam naturali-  
bus euacuatus est. Proinde arrogans rarissime diues est. qz  
etiam nec sensum naturalis sapientie habet quo sz defectus  
suos perpendere valeat. Et de talibus per aplm ad Roma-  
nos. 1. ca. dictum est. Dicentes se esse sapientes stulti facti sunt.  
¶ Secundo arrogans dicit se esse locupletem. id est loculos  
multorum meritum apud deum se habentem. Et christus  
dimittens eum inanem econtra eum miserabilem ostendit.  
Profecto miserabilis est ille cuius tanta miseria est vt ei ce-  
teri merito condoleant et specialiter cum omnia que sibi esti-  
mabat futura in sue calamitatis conuertuntur augmentum.  
Sicut est omnis arrogans. nam et ipsa bona que facit cõuer-  
tuntur ei in culpam. Non enim debito fine facit bona opera  
que agit quia ad propriam et non ad dei gloriam refert illa.  
Vnde ad talem Mathei. 6. ca. dicitur. Si ergo lumen quod  
in te est tenebre sunt ipse tenebre quante erunt. Quoniã gra-  
uia siquidẽ sunt arrogãtis culpe cũ sibi et meritoria opa sũt  
pctã. ¶ Tercio arrogãs dicit se nulli⁹ egere. i. p se sibi sufficie-  
tẽ esse. Sed vide quõ Christus dimittit eum inanem osten-



dendo eum in nullo sibi sufficere cum sit pauper cecus et nudus. Pauper necessarijs cecus luce et nudus vestimento eget. Vnde hī in necessitatibus cito pereūt nisi eis per misericordiam succurratur. Pauper fame, cecus periculis viarum, nudus frigore. Et ergo infelicioꝝ omniū est superbus qui dei misericordiam non meretur, qui non deo sed sibiipsi mentitur. Vnde et vane gloriosus pprie dominū impugnat qui in hoc vult sibiipsi sufficere quod solius dei est prestare et dispensare. Vnde et deū se ipsum facit qui ex se ipso habundare querit. Merito ergo deus panem intellectus sibi aufert et vt in spiritali fame per defectum virtutis laboret aufert sibi directionem suam vt ad innumera pericula peccatorum et penarum incurrat. Nec vestimentum honeste vite concedit, vt in omnibus se insufficientem inueniat. s. ad intellectū veri ad electōez boni ad executōem iusticie qui se nullius egere dicebat. Ecce quō dens diuites dimisit inanes

**Q**uod beata virgo regraciatur deo de beneficijs per assumptionem humane nature generaliter collatis

Ca. iij.

**E**rcio beata virgo regraciatur deo de beneficijs generalibus que omnia pprehendūtur in assumptione humane nature a filio dei. Quasi dicat ista magna fecit mihi dominus quod ita misericordia sua ad omnes gentes dilatata est, atq; rectitudo iusticie sue diffusa est q̄ ad hec cōplenda. Suscepit israel puerum suum. i. popul⁹ fidelius suscipit filium suū Jesum incarnatum et parvulum Sicut Ysaie. 9. ca. scriptuz est Parvulus natus est nobis et filius datus est nobis. Vel Israel iudaycus ppl⁹ ad quem primitus missus est, quia ei primo promissus erat. vnde subdit. Recordat⁹ misericordie sue. s. iudaico populo iā promisse. Vel aliter et melius dici pōt vt ly israel sit casus accusatiui. Hoc mō Suscepit deus israel

66  
id est israelitem puerum suum. i. iudaicum populum vel fide-  
lem. hoc est naturam humanam. vel Suscepit israel puerum  
suum. i. assumptum hominem iesum euz puerum diuinitatis  
appellans. eo qd ei in sue assumpte humanitatis obsequiosi-  
tatem seruiuit. Hunc autem dicit suscepisse dominū. quia per  
sonaliter sibi vnium. Et hunc vere israel dicit quia vere diui-  
nitatem vidit et ea fructus est. Potest etiam dici tota multi-  
tudo populi fidelis vnus puer dei propter reuerentiā huma-  
nitatis ⁊ vnionem caritatis que in christo iesu suscipitur per  
adoptionis gratiam. et fit israel per visionē beatam. Quod  
quidem beata virgo intelligēs in christi merito immobiliter  
esse factum. qd tamen futurū erat in populo electorū iubilās  
iaz intuetur completum. ppter ea inquit. Suscepit israel pue-  
rum suū. quia in gracia mei conceptus est iam numerus ele-  
ctorū adoptatus. et hoc fecit recordatus misericordie sue nō  
iusticie mee. quia qd redemit hominem non fuit ex merito ali-  
cuius hominis. sed ex merito diuine pietatis Suscepit igitur  
naturam humanam dominus Iesus. Suscepit causam no-  
stram et per misericordiam suam determinauit sententiam. ⁊  
per amarissimam mortem suā plenam diuine iusticie pro no-  
bis fecit emendam. Sed quia vsqz ad plenitudinem tempo-  
ris expectauit quodammodo videbatur pater oblitus mittere  
filium suum. tandem recordatus est misericordie sue sz p ef-  
fectum operis sui. Et quia hoc altissimum ⁊ admirandum be-  
neficium fuit sanctis patribus repromissum et maxime abra-  
ham et per prophetas predictum. Ideo subdit Sicut locut⁹  
est ad patres nostros abraham et semini eius in secula. qui-  
bus se facturam talia repromisit. Et in hīs beata virgo can-  
ticum suum plenū laude pleuū actionibus gratiarū dei mi-  
sericordiam atqz iusticiam clare demonstrans.

**T**ercius articulus de tribus vltimis verbo-  
rum flammis virginis benedicte ⁊c.



Ereio subdamus tres ultimas flammās virginis  
Marie in tribus ultimis v̄bis suis ostensis. quaz  
prima fuit amoris saporantis. secūda fuit amoris  
ppacientis. tertia fuit amoris consumantis.

De triplici generali gustu quē expta fuit btā v̄go Ca. i

Primo ponamus amoris beate virginis quintaz  
flammam que est amoris saporantis. Natura hu  
ius amoris est intime gustare et saporare ⁊ discre  
tine discernere varios sapoꝛes amati siue varias  
pprietates et differentias diuini saporis. duorum saporū ge  
nera profecto in se continet christus. primus est sapor tener  
rimi dulcoris. secundus est sapor amarissimi doloris. Pri  
mus dico est sapor tenerrimi dulcoris quem q̄tū beata vir  
go gustauerit ostendit principium quinti verbi ī quo sub ad  
mirabili haustu et sub mira singularitate tenerrimi dulcoris  
vocat Jesum filium suum dicens sedenti in templo inter do  
ctores. Siliq̄. quid fecisti nobis sic. In nullo em̄ alio scripture  
loco legit eam ipsum vocasse filiū nisi in hoc quinto verbo  
Filius enim a filios qđ est amor denominat et in ore matris  
gustum gerit tenerrimi ⁊ precordialissimi dulcoris ⁊ maxime  
qñ est tanta et talis quāto est filiatio dei. Porro oīs amoris  
signum superatur in hoc verbo fili. Lingua profecto ex amo  
re plus nequit proferre cum dicit fili. Nichil in amore breuius  
nichil efficacius ad amorem proferendum cum dicitur fili. To  
ta commouentur viscera materna cum prolez nomine fili ex  
amore filiali denominant. Non potuit virgo mater ampli⁹  
continere affectū cum in verba expressiua amoris prorupit  
non aliunde ipsum denominans nisi quod ipse sit filius ip  
sa mater. nulla loquēdi copia plus apponere necesse fuit nisi  
q̄ filiale nomē. et addit. quid fecisti nobis sic. Non increpan  
tis sed admirantis est verbum. vt innuatur mystice q̄ cū spō  
sus ab anima se absentat intelligentia admiratur in tali ex  
ercitio ordinem diuine sapientie nec comprehendere altissi

62  
mos sponsi modos in absentatione et reditione sua semper  
tamen multipliciter amozosos. Hanc autem admirationem  
quodammodo voluit sapientia dei chxstus matrem suam ex  
petiri. et matrem suam verbis proprijs virginez denomina  
re. tamquam promotor matris et exercitator virginis in via  
amoris. ¶ Secundus vero est sapor doloris siue amaritudi  
nis. Cum amarissimo enim dolore explicat pia mater cum  
inquit. Ecce pater tuus et ego dolentes querebamus te. De  
fert humilis virgo viro quem loquēdo preposuit seqz prepo  
sterat quoniam omnium morum atqz virtutum est norma vt  
mulieres suis maritis honorem differre discant non tātum  
in alijs sed etiam in sermone. Mystice tamen gustus iste af  
flictivus est amar<sup>9</sup> et excitativus et mentis promotivus in al  
triuolo discessu amati ex perditione dilecti quo anima tota ab  
ipso dependens quiescere non pōt semper zelotipa ne ex ali  
qua occasione discedat. Ex quo sequitur qz circumquaqz que  
rēs dilectum ab omni creatura petit auxiliū vt inueniat quē  
diligat dilectio sua. Hunc dolorem fuisse in ea mater ostendit  
cum ait. Dolentes querebamus te. Et quia sanctissimus Jo  
seph hominū gustuum particeps fuit. ideo beata virgo vocat  
eum singulariter chxsti patrem. Licet autē sacratissima vir  
go non indiguerit in talibus exerceri que ab instanti cōcepti  
onis filiū dei super plena fuit spiritu sancto. tamē propter no  
strum exemplum rationabiliter egit dominus Iesus. sicut  
se habendo ad eam. Vt mystice ostendatur quantum profi  
cit anima in tali experientia dulcoris de dilecti presentia. et  
doloris de eius absentia. et inquisitione sollicita. Nam sem  
per cū copiosiori dulcedine redit dilect<sup>9</sup> ad aīam nisi negligē  
tie culpam reddat eam indignā. Patrē etiā inuento iesu sin  
gulariter exprimit tenerrimū filiatōnis affectū eius annunc  
ians. Et h<sup>9</sup> amoris gust<sup>9</sup> expr<sup>9</sup> ē Paul<sup>9</sup> vas electōis qz oñdit  
ad philip. 2. Scio habū dare. s. spūalib<sup>9</sup> psolatiōib<sup>9</sup> et penu  
riā pati. s. in absentia psolatiōis cordis et ppressiōe aduersitatū  
Vñ. 2. Corinth. 2. inquit. Nō em̄ volum<sup>9</sup> vos ignorare frēs



de tribulatōe nostra que nobis facta ē in Asia. qm̄ supra mo-  
dū. s. p̄suetū grauati sum⁹ supra virtutē. s. nature nō grē ita vt  
tederet. s. quodā tedio naturali. ita vt desperarem⁹ qdā natu-  
rali diffidētia etiā viuere. Cōstat autē q̄ magis ē equalē mo-  
lestiā sustinere ex solo robore h̄itus v̄tuosi et conatū volū-  
tatis h̄ituate p̄ eū q̄ facere hoc cū aliquib⁹ adiutorijs h̄itui ⁊  
volūtati assistentib⁹. Nō em̄ videt̄ tūc aplm̄ habuisse aliqd  
adiutoriū inmissiōis aliqz spūaliū suauitatū ⁊ dulcorū. nā vt  
pleni⁹ p̄bare⁹ robur virtutis in eo vidē deus cessasse a t̄lib⁹  
spūalib⁹ inmissionib⁹. Sic q̄z in xp̄o tpe passiōis nulla redū-  
dācia gaudiū fiebat ab actu ⁊ h̄itu gl̄ie sue in naturā que tūc  
paciebat̄ ita q̄ aliquat̄ mitigaret sue passiōis acerbitem.  
Qd apti⁹ sonat hoc verbū q̄ Math. 24. ait. Deus me⁹ deus  
me⁹ vt quid me dereliquisti. q̄si dicere velit sic p̄pter humani  
gn̄is passiōib⁹ et ptumelijs opprobriose mortis tradit⁹ sum  
vt q̄si illi⁹ btē vniōis et inuolabilis cōionis q̄ iudei supposi-  
to ista dolorosa natura inserta est tu zelo iusticie videaris ob-  
litus. Ex quo ptz qd summū culmen pacientie est sine inmis-  
sione spūalium consolationū paciēter pati magis q̄ cū ipsis  
inmissionibus tollerare. Atqz p̄fecti⁹ est i passiōib⁹ p̄solatio-  
nū penuriā pati q̄ p̄solationib⁹ habundare. Quod frater Ja-  
cobus de Tuderto exprimere volens in modū Epistole scri-  
psit sū Johāni de Aluna grauiter infirmātī et p̄suetis cōso-  
lationibus tunc priuato vñ a tuderto vulgariter ait

¶ Ep̄la fr̄is Jacobi de Tuderto de duplici dñi amoris

Agnū reputaui ⁊ reputo scire de deo habundare  
Quare. quia exercetur ibi humilitas cum reueren-  
tia. S3 magnum reputaui et reputo scire a deo ie-  
iunare et penuriā pati. Quare. quia exercet̄ ibi si-

des sine testimonijs. spes sine expectatōe. p̄mij caritas sine  
signis beniuolentie. Fundamēta hec in mōtib⁹ sc̄tis per hec  
fundamenta ascendit anima ad istum montē coagulātū in  
quo gustat mel de petra oleumqz de saxo durissimo

De compassione beate virginis quā fere-  
batur super defectus aliorū.

Ca. ij

Ecundo subdamus beate virginis septam flāmā  
que ē amoris p̄patientis. Cui⁹ amoris natura est  
pia cōpassione sentire defectus duplicis gustus d̄  
quibus in precedenti ca. dictū est. atq; portare an-  
xiē spūalis xp̄i leticie et melodie defectus et multo amplius  
cōdolore multitudini pctōrum et defectibus eorum qui sunt  
in miserādis statibus hui⁹ vite. Sicut enī post duas primas  
flāmas amorū quibus recte ascenditur in dilectissimū sequit̄  
scda que ē impressura in dilectm̄ sic etiā p⁹ duas reliqs. s. quar-  
tā et quintā quib⁹ iterū dilecte p̄cedit in dilectū sequit̄ sexta  
que spūalis vini defectus in mundo regnans compassiue sen-  
tit et dilecto insinuat. Hoc igit̄ admirande p̄passionis et pie-  
tatis est verbū q̄ dulcissima mater Jesu et aduocata nostra  
et in terris et in celis p nobis miserabilib⁹ et infirmis tanq̄  
pia mater p filijs suis vndiq; deplorādis dicit vnigenito fi-  
lio suo. Vinū non habent. non quidē vt nos accuset aut no-  
bis improp̄eret. s. poti⁹ vt xp̄m ad piā miām erga nos indu-  
cat. et vt vinū nobis impetret optimū et copiosum diuinorū  
saporū et ebrietatū atq; oīm virtutū que nobis necessaria sunt  
ad salutē. Cū enī in vino sit splendor coloris. dulcor saporis.  
calor vigoris. que oīa tollunt ab aqua. voluit mystice osten-  
dere prudētissima mater p̄ssimo filio suo Jesu. qui clarita-  
tē cognitionis sue p̄sone et dilectōz refectōis diuinitatis eter-  
ne et vigore sublimitatis eius potentie nō nouerat mōus. pa-  
trē supplicabat q̄ intellectū squalentē illustraret. et affectum  
insipidū immutaret. et effectū deficientē inchoaret. Hoc est q̄  
talīa op̄a faceret que illuminarēt ad fidē erigerēt ad spem in-  
cēderēt ad charitatē. Nouerat virgo mater oēs creaturā sub-  
iacere defectui. ab inopia nō expurgari. nō h̄re spūalē leticiā.  
turpissimis subiacere pudorib⁹. atq; ex defectu veri boni con-  
fundi dū in p̄functorijs delectatiōibus mōdi q̄si in nuptijs de-  
lectant. q̄ obrem intercessit ad filiū dicēs. Vinū non habent.



Non faciens ipsam memorie quia omnia nouit. sed interpellans virgo mater allocuta est. ac si ad eam omnium cura pertineret et omnium hominum aduocata se sciens. que pro omnibus mater creatoris facta fuerat virgo mater officium aduocatois ac pie auxiliatricis assumpsit cum videret inopiam. Ne si opus non sit ipsa precibus excitare que omnem oculum pietatis in nos direxit ac presentiens indigentiam nostram ac se cunctorum matrem pietatis agnoscens sollicita pro filiis irrequisita ad filium intercessit dicens. Vinum non habent. Si hec non rogata perfecit. quid rogata perficiet. Si hec nutrix existens. quid cum regnet in patria faciet. Si hoc apud filium temporali morti subiectam. quid dum mortem superauit. carnem immortalem reuocauit. a tumultu collocauit. in celo patris iam sedet ad dextram tenens impium vniuersorum. Porro tam fit mirae efficacie hoc breue verbum apud suum dilectum filium iesum tunc impetravit dilecto filio iohanni euangeliste quod de nuptiis ad pertinentiam virginalem et summe contemplationis apicem est productus. Ita quod sicut in tertia flamma et verbo Iohannes baptista mirabiliter in utero sanctificatus est. sic in sexta et septima ad christi spirituales nuptias Iohannes euangelista productus fuit

Quod ex ardentissimo amore beatam virginem ad obedientiam sui filii nos induxit

Ca. iij

Ergo et ultimo ponamus virginis septimam et ultimam flammam que amoris presumptis nominari potest. ex igitur enim a nobis odor diuine gratie ut nos in nostrorum defectuum supplementis benedictae virginis meritis precibus appareamus. In qua quidem a superioribus informari et excitari egemus. Iohannes subdit septima amoris flamma que est non solum in se. sed etiam in omnibus alijs per virum niti non solum perficere sed etiam perfecte implere omnia christi precepta. vnde etiam omnia eius propria verba et virtutes. quia ipsius christi natus gestus et actus sunt quidam modus eius verba. Et hoc est quod beatam virginem mistros ut vinum obtineant a christo edocui dicentes. Quaecumque dixerit vobis. scilicet filii mei iesus ad leuam. facite. Tamen vique certa quod christus faceret quod ipsa petebat. Videtur quod in spiritu pre-

69  
sensisse de mō fieri miraculi vepate q̄ xps iuberet mīstris a  
liquid p̄ eos fiendū. Propterea dixit eis. Quēcūq; dixerit vo  
bis facite. Mīstice aut̄ aduertendū est q̄ quō apl̄us ad Rō.  
13. ca. Plenitudo legis. i. plena adimpletio legis ē dilectio. et  
quō iuxta illud Math. 22. In duob⁹ mādatīs lex depēdet ⁊  
p̄phete. qđ s̄z. in dilectōe dei et p̄mi vniuersa scriptura adim  
plet. Sic in hoc vltimo verbo p̄clusum et inclusum est oē q̄  
p̄tinet rota diuina lex et vniuersa eloquia. Proinde omnib⁹  
ait. Quēcūq; dixerit vobis facite. i. obedite voluntati diuine.  
Nec absq; admirando lumine sapie dei virgo ad obīam dei  
nos remittit q̄ et domin⁹ et apl̄s ad dilectionē legis pleni  
tudinem ordinauit. nam vt ita referam obedientiam ⁊ amo  
rem. immo vt ita dicam obedientiā et caritatez prout ab ip  
so deo constituuntur nulla differunt ratione. Nam amor a  
mato semper obsequendo subicitur. et tanto subicit verius q̄  
to amor diligit ardentius. ⁊ inheret tunc strictius quādo obe  
dit attentius. Profecto obedientia istituta est caritas que ne  
gligentiā ignorat. inculpate obedit. possibilia omnia suscipit  
virtutes omēs disponit. hic misericorditer parcat. inheret re  
naciter suscipit affectūs imobilitatē nesciēs variari per multa  
diligens vnū quīs multa perficiat propter vnum omnia co  
aceruat in vnum. Hoīm vni vel pluribus se subicit propter  
vnum precepta decem vel duo reducit in vnum. in vno. vna  
ab vno. vt in eternum fruatur vno et omnibus beatis ī vno.  
Merito ergo beata virgo omnibus inquit. Quēcūq; dixit  
vobis facite. q̄ omnia in placita obedientia adimplent. Ne  
q̄ em̄ beatissima xpi mater hoc docuit q̄ in seipsa p̄mitus  
nō p̄fecit. Proinde merito in hoc verbo cōsummati amoris cō  
sumatiōez accipiunt premissa similia verba eius diuinissima  
Que omnia nobis imitari et obseruare misericorditer largia  
tur dicte virginis filius dominus Iesus. qui cum patre ⁊ spi  
ritusctō glōsus triūphator viuit ⁊ regnat in secula seclor. A



# **Suscepimus deus misericor**

diā tuā in medio tēpli tui. psal. 22. Iucundita  
tē huius diei festi fratres dño largiente facile  
sentire poterimus si magni muneris dīmini/  
tus hodie nobis pñtati misterii deuote reco/  
lamus. Porro ille cui⁹ expectatōne in vniuerso iustorū cetū  
totus anxiebat̃ orbis. cuius desiderio longuerat sponsa vl  
tra quinq; milia annorū. Cuius patrociniū humanū genus  
sperabat ab inferis liberari. In sacro annunciationis caro ī  
vtero virginis factus est. Qd̃ quidē percipiens letata est sion  
et exultauerūt filie iude. Non tamen hoc gaudiū humano ge  
neri plenū fuit. transiuit nouē mensiū tempus mediaq; nocte  
clamor factus est. ecce sponsus venit. Letanter audiuit natu  
ra humana et in pastoribus exultauit videns qd̃ in presepio  
verbum caro factū est et venit habitare in nobis. Nec tamē  
illū sponsa accepit in possessione pacifica. Octauo circūcidi  
tur die. et iā incipiunt misteria passionis. iam patit̃ pro redē  
ptione humane nature. iā fundit̃ preciosissimus illi⁹ sanguis.  
Jam vagit infans iesus in vlnis dulcissime matris sue. Vox  
turturis audita est in terra nostra tempus putationis adue  
nit. nec tñ sponse donat̃ sponsus. Veniūt magi ab oriente no  
ue et admirande stelle precedente fulgore adorāt adoratione  
latrīe sponsum. et apertis thesauris mysticas ei munerū spēs  
obtulērunt. sed tandē relicto sponso per aliam viam reuersi  
sunt in regionē suā. Sed hodie dilectissimi fratres inq; ī hac  
sacratissimo die per man⁹ amorosissime virginis tanq̃ a cō  
muni matre oīm saluandorū in p̃muni loco in sc̃to dei tem  
plo cōmuni persone vcz sanctissimo simeoni tanq̃ autentico  
et legitimo mundi procuratore humano generi facta est do  
natio iesu christi dei et hominis atq; etiā sponsa dei in posses  
sionē doni est introducta. Proinde in p̃sona humani generis  
verbum p̃positū p̃pheta ad dñm iubilando ait Suscepim⁹ et

De hac ergo sollemni donatōne Lu. 2. ca. et in euāgelio hodi-  
erno triplex mysteriū ponit. primū est amariſſime ſubiectōis  
ſcđm amariſſime donatōis. terciū amariſſime exultatōis

**A**rticulus primus q̄ chriſtus voluit ſe ſubi-  
cere triplici legi ſicut alij nati

Primū mysteriū eſt amariſſime ſubiectōnis. Et  
de hoc hic Lucas ait. Poſtq̄ impleti ſunt dies pur-  
gationis marie ſm legē moyſi tulerunt ieſum in  
ierl'm vt ſiſterent eū dño ſicut ſcriptū eſt in lege  
dñi. quia oē maſculinū adaperiens vuluā ſcđm dñi vocabit̃.  
Et vt darent hoſtiā ſm q̄ dictū eſt in lege dñi par turturum  
aut duos pullos collūbarū In quibus vbiſ ſanctiſſimis Lu-  
cas oſtendit. q̄ Jeſus triplici legi ſe ſubiecit. Primo ſubiecit ſe  
legi purificatōis. ſcđo legi redēptōnis. terciō legi oblationis.

**Q**uod amariſſime et humilitatis ſubiecit ſe  
ieſus legi purificationis

Ca. 16

Quādo ſubiecit ſe legi purificatōis. De q̄ Leuiticē  
12. in ſententia ſcriptū eſt. q̄ ſi m̃l'r ſuſcepto ſemi-  
ne pareret maſculū eſſet immūda ſeptē diebus et  
ſeperata a conſortio hoīm. in die aut octauo circū-  
ciditur puer. Et inde vſq̄ ad quadraginta dies deberet m̃l'r  
remanere in ſanguine purificatiōis ſue. nō a conſortio hoīm.  
ſed tñ ab ingreſſu tēpli excluſa. et ſic q̄drageſimo die offerre  
bat puer in tēplo. Et huic legi ſubiecit ſe chriſtus in exēplum  
pietatis. Et quantū ad hoc ait Lu. Poſtq̄ impleti ſunt dies  
purificatōis 2c. ſicut predictū eſt. **N**otandū eſt tñ q̄ p̃ceptū  
purificatōis p̃ſare non ſe extendit niſi ad parientē que virile  
ſuſcepit ſemen. Et b̃tā virgo nō cōcepit ex ſemine viri. ſed ex  
obūbratione ſpūſſancti. p̃pterea nō ſubiciebat̃ legi purificatō-  
nis ex neceſſitate mūdātōis. ſed ex diuine diſpoſitōe hoc actū ē  
p̃pterea Berni ait. Putas q̄ moyſes m̃lerem que peperit ma-  
ſculū immūda eſſe nō diceret niſi timuerit ſupra matrē domi-  
ni blaſphemiā inferre. 2 idcirco p̃miſit. ſi ſuſcepto ſemine. Et



lit3 ad hāc purificatōez btā virgo nō tenet voluit tñ p̄suetu  
dinē legis obseruare in exēi sue mūdissime puritatis vt mī  
stice īsinuat vt po st̄q fecim⁹ quecūq3 bona dicam⁹ fui inuti  
les sum⁹. sicut Lu. 17. mgr̄ humilitatis doz. Nā et fidel aīa  
primo p̄cipit bonū. scdo parit. tercio immūda se reputat. Pri  
mo inq̄ p̄cipit desideria scā p̄ spm̄ diuini amoris. vñ ysa. 26  
A facie tua. i. a cognitōe tui amoris. vel a timore tuo dñe fm̄  
aliā lrā3 p̄cepim⁹. Scdo parit bona opa nō sine difficultate  
tñ. Proin Jo. 16. Nlr cū parit tristitiā h3 q3 venit hora ei⁹.  
s̄ tādēz sequit̄ gaudiū q3 nat⁹ est hō in mdo. et itēz ysa. vbi su  
pra dt. Et p̄turim⁹ et peperim⁹ spm̄ salutis. Tercio p⁹ oīa su  
pra dcā d3 sē aīa reputare immūda exēplo btissimi Job qui  
de se ī suo. 9. ait. Verebar oīa opa sciēs q3 nō p̄cis delinquēti  
et si lot⁹ fuero et q̄si aquis niuis et fulserit q̄si mūdissime ma  
nus mee. tñ sordib⁹ pulueris intigues. i. intinctū ostendes &c.

**Quāto humilitate subiecit se iesus legi redēptōis Ca. ij**  
Ecūdo subiecit se iesus legi redēptōis. De q̄ Ero.  
13. Sanctifica mihi oē primogenitū q3 apit vuluā  
in filijs isrl. tā de hoīb3 q̄ de iumētis mea sunt  
em̄ oīa. Atz determinat que primogenita imolan  
da erāt. 7 que mutāda. 7 que redimēda. ideo Ero. 13. scriptū est  
Oīa primogenita hoīs de filijs tuis p̄cio redimes. q3 intelli  
gēdū est exceptis primogenitis leuitaz. p̄pter p̄dicta Lu. sub  
dit. Tulerūt. s. ioseph 7 maria iesum in ierlm vt sisterēt eum  
dño. i. illū offerēt et p̄secraret. et fm̄ legē redimerēt sicut scri  
ptū est Leni. 12. 7 Ero. 13. supra quidē dixerat ī lege moysi hic  
aut̄ legē dñi notauit. q3 a moise est tāq̄ a latore s̄ a dño tāq̄  
a datore 7 auctore data. In hac etiā redēptōe Lu. ait. Qd̄ oē  
masculinū adapiens vuluā. i. primo nascēs loquit̄ p̄suetō mō  
nascēdi. S3 de v̄gine Ezech. 22. scriptū est. Porta hec clausa  
erit et nō apiet̄ et vir nō transibit per eam. Sanctū dño vo  
cabit̄ q3 primogenita dño computabantur fm̄ q3 Ero. 13. ca  
scriptum est vbi supra. Sanctifica mihi omne primogenitū  
ac nominabunt̄ sancta quia domino offerebantur

Quāte humilitate se dominus iesus subie-  
cit legi oblatōnis.

Ca. iij.

Exio subiecit se amarusus iesus legi oblatōis de  
q̄ *Leui. 12. dī.* Cū explete fuerūt dies purgatōnis  
puerpe offerat p filio vel filia agnū anniculū i ho  
locanstū. 7 pullū colūbe siue turturis p pctō. Et d  
hoc euāgelista subdit. Et ut darēt hostiā. s. tulerūt eū i ierlm  
hāc hostiā dabāt p puero redimēdo sīm q̄ scriptū est i lege  
dñi ut supra tactū est. q̄ nō venit soluere leges s̄ adimplere.  
*Math. 4.* par turturū aut duos pullos collūbarū. In hac ob  
latōne dedit nobis exem̄ altissime paup̄tatis. nā erat hec ob  
latio pauperū qui nō sufficiebant offerre agnū. Proin̄ Bern̄  
ait. Cū esset diues paup̄ sc̄tūs. pauperū hostiā offerre voluit  
ut suo paup̄tate hic nos efficeret diues in fide et in futuro re  
gni heredes. S̄ quare br̄a virgo nō obtulit agnū que paulo  
ante susceperat a magis sicut pie credendū est non parui au  
ri q̄ritatem. Dicendū q̄ br̄a virgo pietatis mater et pauper  
tatis amica thesauros regū deuotione oblatos absq̄ mora li  
beralissima caritate regionis pauperibus dispensauit. Nec  
potuit manibus ei⁹ temporalis subere aliquid adherere. quia  
iā intellexerat in oībus signis paup̄tatis altitudines demon  
strare. Ad litteram etiam potest queri. Cum vna oblatio suf  
ficeret s̄ aut turturūz aut columbe maxime pauperibus cur  
posuit Euangelista vtrumq̄ s̄ sīm disiunctiuaꝝ ipsius legis  
que inquit Aut duos turtures aut pullos columbarum. Ad  
hoc dicendum. quod ad hoc potest ratio mystica dari. Nam  
vtraq̄ pars disiunctiue est christo et virgini decens in miste  
rio. Primo enim obtulerunt sincerissimam castitatem. nec  
non solitariam et gemebundam ac suspiciosam contempla  
tionem in turture designatam casta solitaria gemitū pro cā  
tu habente. Secdo obtulerunt caritatē gregalē domesticā 7 se  
cundam ac simplicē atq̄ mixtim necnō et asperitatem atq̄  
graciosam simul et gemebundā que in columba significatur



In utroq; em̄ p̄dictor̄ ē par turtur̄ ppter corp⁹ ⁊ aīaz. Iussit  
aut̄ lex offerri colūbarū pullos. q̄ in columbis ad esum pulli  
sunt potiores grādes vero turtures ad idē sunt meliores ad  
mistice innuendū q̄ in p̄silibus qđ perfecti⁹ est deo offerendū  
Vel s̄m Bedā. Colūbā auem lasciuā in tali etate pro salua  
tore offerri decuit. in q̄ luxurie apta nō fuit. Et Bern̄ ait. Litz  
alias p̄ colūbam spūssctūs soleat designari. q̄ tñ libidinosa  
auis nō debet offerri in sacrificium dñi. nisi in etate que nesci  
ret libidinē. Turtur̄ vero nō designat etates qm̄ sicut tur̄ in  
quacunq; etate est casta sic in quacunq; etate a ch̄isto ⁊ ma  
tre eius castitas conseruata est

**¶** Articulus scđs q̄ triplex grā pcurrit qñ xps in  
templo donatus est nobis oblatus deo.

Ecundū misterii est amarosissime donatōis de q̄  
Lucas sic dicit. Ecce homo erat in iertlm̄ cui nom̄  
Simeon. et homo iste iustus et timoratus exspe  
ctans consolationem israel. et spūssctūs erat ī eo.

Et responsum accepit a spūsscto nō visurū se mortē nisi vide  
ret xpm̄ dñi. Et venit in spū in templū. Et cū inducerent pu  
erū iesum parentes eius vt facerēt s̄m legis p̄suetudinē. p̄ eo.  
Et ip̄e accepit eū in vlnas suas ⁊ bñdixit deū ⁊c. et subdit euā  
gelista. Et dixit simeō ad matrē ei⁹. Ecce positus est hic in ru  
inā ⁊ in resurrectōez multor̄ in israel. et in signū cui p̄radiceſ  
Et tuāipsius aīam p̄transibit gladius. In quib⁹ verbis dul  
cissimis triplex grā pcurres in hac donatōe p̄ ordinē demō  
strat. prima grā est eligēs. scđa disponēs. tertia grā ē p̄donēs

**¶** De grā triplicis affectōis q̄ replet⁹ est sc̄tūs si  
meon qñ venit p̄ suscipe iesum in templo

Ca. 1

Prima grā est eligēs. Porro clara sententia ē in sa  
cra theologia q̄ qñcunq; de⁹ p̄ grāz aliquē eligit  
aliquē statū oīa dona illi dispēsar atq; largit̄ que  
illi statui necessaria sunt et illū copiose decoronāt  
Proīn electrix grā que istū sc̄tm̄ elegerat mōi pcuratores ad

suscipiendū p humano genere de manib⁹ dei et v̄ginis fili  
um dei p̄uenit aīam eius tātisq; gracijs repleuit illā q̄tis ad  
illd̄ exequēdū officiū necessariū ⁊ p̄decēs erit. Triplici ergo af  
fectōe oñdit euāgelista illū fuisse repletū. Primo em̄ fuit re  
plet⁹ affectōe timorosa. sc̄do replet⁹ fuit affectōe desideriosa  
tercio replet⁹ fuit affectōe amorosa. Primo em̄ fuit repletus  
affectōe timorosa que ad se ptinet. ideo Lu. ait. Et ecce hō e  
rat in ierlm̄ cui nomē simeō. et hō iste iust⁹ ac timorat⁹. Ju  
st⁹ fuit ex fide. ⁊ timorat⁹ vt de eo dici possit illd̄ eccl̄i. 14. qui  
timet deū faciet bona et qui ptinēs est iusticie app̄hendet illā  
et obuiabit illi q̄si mater honorificata. Et in. 1. ca. idē ait. In  
ciū sapiētie timor dñi. Sc̄do fuit replet⁹ affectōe desideriosa  
que ad primū ptinebat. et de hac subdiť. Expectās p̄solatōz  
israel. s. a dño p̄ mīaz obtinere credēs. vt dicere cū p̄pheta pos  
set. Expectās expectaui dñm ⁊ intēdit mihi. q̄si p̄ inspirati  
onē dictū fuisset ei. Expecta dñm viriliter age p̄fortet cor tuū  
et sustine dñm. Tercio replet⁹ fuit affectōe amorosa que erat  
erga deū. Tot⁹ em̄ ex amore et desiderio flagrabat ex deside  
rio saluatoris. p̄pterea subdiť. Et spūssctūs erat ī eo. sicut Jo  
12. pmisit dñs suis dilectōribus dicens. Si quis diligit me ser  
mones meos seruabit. et pater diligit eū. et ad eū veniem⁹ ⁊c

**De triplici reuelatiōe qua illuminat⁹ ē sctūs simeon**  
qñ pro nobis venit suscipere iesum in tēplo **Ca. ij**

Eādē grā est disponēs. nō em̄ solū deus hūc senē  
p̄ grām elegit mōdi pcuratorē ad suscipiendū filiū  
suū. verūetiā p̄ grāz disponētem dotauit eū ī hīs  
que pueniebāt ad hoc officiū exequēdū. Proinde  
triplici lūine seu reuelatōe illustrauit eū. Primo lumīe fidei  
sc̄do lumine spei. tercio lumine caritatis. Primo ex merito fi  
dei recognouit gloriosum tps. s. aduent⁹ xpi. qz em̄ iuxta illd̄  
Jacobi. 1. in fide postulauerat in fide nihil hesitās. s. sm̄ Au  
gu. in smone de purificatōe. Cōcessum ē illi decrepito quasi  
desiderāti ⁊ suspirāti et dicēti in orōibus. qñ veniet qñ nasceť



quando videbo. putas durabo putas me hic inueniet p̄ quē  
oculi cordis reuerberantur. Propterea in reuelatōne illustra-  
tus fuit de tempore futuri saluatoris. Vnde et enāgelista ait.  
Responsum acceperat Simeon a spūs sancto nō visurum se  
mortem nisi prius videret christum domini. s. humanatū pro  
salute nostra. Vt dicere posset ppheticum illud. Non moriar  
sed viuam ⁊ narrabo opera domini. Et iterum illud Job. 19  
ca. In carne mea videbo deum saluatorem meum. Et sicut  
Balam in spiritu eleuatus ait Numeri. 24. Videbo eū sed  
modo intuebor illum sed non prope. Orietur stella ex Jacob  
et consurget homo ex israel. Cui alta voce respondere pōt  
Simeon iustus ⁊ timoratus cui ex singulari priuilegio temp⁹  
et etiam incarnatio filiū dei reuelata fuit. ¶ Secundo autē me  
rito spei cognouit gloriosum locū. Vnde cū hec concurrerēt  
totus amore flagrans a spiritu sancto agebatur in templum  
Proinde beatus Bern. ait. Dum hoc desiderio estuaret dictū  
est illi a spiritu sancto. Ecce adest quem queris. nunc eum vi-  
debis. Surge propterea festina vade in templū. Ideo Lucas  
addit. Et venit in spiritu in templum. vbi s̄ inueniret Je-  
sum. iuxta vaticinium Malachie. qui. 3. ca. ait. Veniet ad tē-  
plum suum dominator quem vos queritis. et angelus testa-  
menti quem vos vultis. O quanto seruiore accensus ad tem-  
plum venit sperans et desiderans amplexari et osculari Je-  
sum. Quanta putas fortitudine illum senem ex alto conforta-  
tum cum in spiritu venit in templum. vnde Ysaie. 40. ca. dici-  
tur. Qui sperant in domino mutabunt fortitudinem assum-  
mēt pennas vt aquile volabunt et non deficient. O sancte si-  
meon senex venisti quippe in spiritu in templum. Sed tamē  
quid hec magnalia tibi spiritus reuelauit. Nunquid nosci q̄  
le templum dñi. ymmo qualia templa domini. Nam et ma-  
ter domini ⁊ filius ambo templa domini sunt. Templum tu-  
um ingrediatur plane nosci. quia responsum accepisti a spū  
sancto non visurū te mortem nisi prius videres christū dñi.  
¶ Tercio vero meritis caritatis cognouit gloriosum domum

73  
quod fuit Iesus. Propterea subdit Lucas. Et cū induceret puerū Iesum parentes eius ut facerent sū consuetudinē legis pro eo. Tūc sicut Bern. ait. Occurrit senex brachia extendit et parentibus ait. Mihi eū date mihi debet mihi officiū est ad hoc missus sum. huic sum officio reservatus. Sed cognouit simeon eū. Rñdet Bern. Qd eadē gracia qua venturum prenouerat venientem cognouit. quis enim plures offerrent tñ hunc solū decernit a ceteris ut cum aplo. 1. Corinth. 2. ca. dicere posset. Nos spm huius mōi nō accepim⁹. s. spm qui ē ex deo ut sciam⁹ que data sunt nobis. spūs em̄ oīa scrutatur

**De admirāda sollemnitate cū qua donat⁹ est nobis iesus a deo et beata virgine**

Ca. iij

Primo quippe oñdit̄ sole adornata nō solū p̄pter  
splendorē deitatis in eius mēte qua mēs virginis  
sup̄ oēm creaturam ornata fuit. sicut dignissima  
mater ip̄ius qui verus est sol. S; etiā q̄ splendor  
gl̄e aīe ⁊ corporis excellētissime v̄ginis gl̄ificatōe resplenduit  
Et hīc de hoc quādā dubitatum fuit. Et Jero. de hoc satis lo  
quit̄ ambiguo tñ moderno tpe pie ab oībus credit̄ ⁊ firmat̄.  
Hoc quidē Augu. videt̄ asserere in quoddā libello seu simone  
quē de assumptōne p̄fecit. Et hīc de hoc auctoritas sacre scri  
pture nō hēat exp̄sse nō tñ ei repugnat. s; poti⁹ p̄sonat ⁊ p̄cor  
dat ac etiā multiplex rō efficacissime p̄suadet. Nā s̄m Augu  
null⁹ dubitat q̄ iesus hoc potuit. minus p̄fctō dubitare d; q̄  
ip̄e voluit. q̄ hoc filialē reuerētiā decuit. Qđ aut̄ btā virgo tā  
corpe q̄ aīa gl̄osa regnat ī celo oñdit̄ rōe septemplici. primo  
p̄pter veritatē. scđo p̄pter corporalitatē. tercio p̄pter honorabili  
tatē. q̄rto p̄pter dignitatē. quinto p̄pter cōformitatē. sexto p̄pter  
equitatē. septimo p̄pter integritatē. Prima rō est p̄pter verita  
tē. s. substātie carnis m̄ne in prole. Cū enī ex carne m̄ris deci  
dat̄ naturalr caro prolis eadē vtriusq; est p̄fecto substantia  
carnis. Ergo a gñali sn̄ia mortis quīs x̄ps dei filius nō ex  
merit̄ m̄rēz. q̄ ab illa null⁹ debuit. imo nec ip̄e voluit esse alie  
nus. At p̄ hanc mortuus est filius mortua est et mater. Alt̄m



2  
ficut caro plis corrupta nō fuit Psal. testāte qui ait. Nō dā  
bis scīm tuū videre corruptōz. Sic nō debuit corrūpi nec inci  
nerari seu in puluerē redigi scīssima caro matris vñ caro fi  
lij assumpta ē. ergo caro mris ē reseruata. Et btā virgo Ma  
ria siml in aīa et corpe glouficata. ¶ Secōdo ppter incorrupti  
bilitatē. multiplex quippe snīa lata fuit in muliere pīma cō  
tra alias mles Vñ Gen. 3. dñs ait. Multiplicabo erumpnas  
tuas 7 pceptus tuos. in dolore paries filios. 7 sub viri ptāte  
eris. Marie quippe erūpnas multiplicauit. qñ vt dicit Luce  
2. ca. aīam eius in passione filij gladi⁹ doloris pertransiuit.  
Cōcept⁹ aut nō multiplicauit nec sub viri ptāte deguit. que  
ītegerimis viscerib⁹ 7 cū virginitatis ītegritate pmanēte d  
spūsscō operāte concepit filiū dei quē q sine pctō 7 virili cō  
mīxtiōe 7 virginitatis detrimentū suscepit. sine dolore pepit  
sine integritatis violētie integra pudore virginitatis pmā  
fit. q vere potuit 7 voluit. mrem ab integritatis corruptōne  
7 pudoris violētie in pceptu 7 partu ultra snīam latam cō  
tra mulieres consimiles seruare. Sic etiā potuit 7 velle decu  
it ipsum mrēz suā seruare a corruptōe resolūtōis et incinerati  
onis preter immo ptra generalē pditōz humane nature. Sic  
ergo dicim⁹ mrēz dñi sortez humane mortalitatis subisse vt  
tñ mortis nexibus nō potuerit detineri per q sine corruptio  
ne dñs concipi voluit. 7 nasci. ¶ Tercio propter honorabili  
tatē. hoc est vt cōseruaret honorē matris. Ero. quippe. 20. ca  
scriptū est. honora prēm tuū 7 mrēm tuam. Si ergo chūstus  
nō venit soluere legem vt dicit Math. 4. Quēadmodum vt  
potuit honorificauit patrē vt dicit Johan. 8. Ego honorifi  
co patrē meū. ita debuit matrē honorare mō quo potuit 7 ho  
nore. Si ergo opprobriū humane pditiōis 7 vituperiū est pu  
tredo 7 vermis sicut ab isto opprobriū ipse extitit alien⁹. ita 7  
matrē debuit pseruare immūc cū eadem sit caro matris 7  
prolis. Sicut ergo in vita eam gracia conceptus 7 partus p  
ceteris honorauit. ita indubitanter credendum est in morte  
eam speciali gracia honorasse. ¶ Quarto propter dignitatē  
4



85  
vel sanctitatem. Tanta enim fuit Marie dignitas atq; sancti-  
tas ut meretur mater esse sancti sanctorum dei. Sicut autem  
filius est sanctus sanctorum. ita constat qd mater que ipsum  
concepit et peperit est sancta sanctorum. in qua erat ille preci-  
osissimus thesaurus. tabernaculum dei. thronus dei thalamus  
dei. Tantam autem sanctitatem tantam dignitatem nulla cor-  
ruptio putredinis debet sequi. nulla resolutionis incineratio  
Nullo ergo modo videtur consonum rationi quod illud sa-  
cratissimum corpus de quo Iesus carnem sumpsit et in quo  
personam diuinam humane nature vniuit et verbum caro sa-  
ctum est. et habitauit in nobis ipsis vermibus fieret esca. et per  
vermes puluis abiectus efficeretur. Quinto propter confor-  
mitatem scilicet matris et prolis. Mater enim filio suo perfecto  
conformis fuit et precipua imitatrix. Si ergo Iohannis. 12. ca.  
ipse ait. Si quis mihi ministrat me sequatur. et vbi ego sum  
illic et minister meus erit. Maria autem precipua imitatrix  
fuit. non tantum gressibus pedum. sed pro reuerentia ipsum  
dominum secuta est affectu pietatis fide religionis et amore ar-  
dentissime caritatis. Et nunquam ab eius fide atq; dilectione  
auelli potuit quem de spiritu sancto angelo nunciante conce-  
pisse se cognouit. Suit ergo quoque eius sollicita ministratrix.  
Nam ipsum lactauit. baiulauit. a facie Herodis abscondit.  
Ergo esse non debuit nisi vbi est Christus. Et non tantum quo  
alii sancti sunt. sed quadam speciali prerogatiua. quoniam si-  
cut Mathei. 16. ca. scriptum est. Ipse reddet unicuique secundum ope-  
ra sua. Si etiam omnium sanctorum mors preciosa est. mors  
Marie preciosissima quam tanta concomitata est gracia. Et si  
in vita maria virgo pre omnibus gracia dicata est. in morte  
profecto gracia minuenda non est. Sed vbi Christus dei fi-  
lius regnat mente et corpore illic merito collocata est. Rursus  
si Maria christo conformissima fuit tanquam mater et puri-  
tate et nobilitate. Sed et in regia dignitate. Profecto mater  
a filio suo Iesu christo. regina a rege non tantum mentaliter



6  
Sed nec corporaliter d3 seperari. Ergo maria mater christi  
regina celi vna cū ipso debuit glorificata in corpe ⁊ aīa in ce-  
lestibus collocari. ¶ Sexto ppter equitatem. vnde Augu. ait  
Dñs noster utrūq; sexū curaturus aduenit. pinde virū susce-  
pit. natū tñ ex muliere. Perfecta aut curatio. atq; pfecta libe-  
ratio in resurrectione manifestat. ergo resurrectō in utroq; sexu  
manifestari debuit in testimoniū pfecte curatiōis. Sicut igit  
q̄rum ad virilem sexū manifestata est ⁊ in christo apparuit  
ita ⁊ in femina debuit apparere. In nulla autem femina pue-  
nientius manifestari potuit vel debuit neq; decuit q̄ in dul-  
cissima matre christi que in vita libera extitit ab omni corru-  
ptione. Et hoc est q̄ ppheta in psona dñi ait. Tronus eius si-  
cut sol in aspectu meo. ⁊ sicut luna perfecta in eternū. ⁊ testis  
in celo fidelis. Tronus siquidē filij dei mater illi⁹ est qui in  
conspectu dei sicut sol fulgens est q̄rum ad gloriā aīe. ⁊ sicut  
luna perfecta in eternū. s. q̄rum ad gloriā corporis sine defectu.  
pinde glorie resurrectionis fidelis est testis. ¶ Septimo pro-  
pter integritatem. hoc est ppter beatitudinis complementū.  
Nā vt ait Augu. sup Gen. ad lrām ⁊ bñ de diligēdo deū pro-  
pter appetitum administrādi corpus anime retardant ne to-  
taliter serant in illud summū bonū excepta sola anima chri-  
sti que vnita erat verbo vnitae persone que ppter personale  
vniōez in nullo retardabat aut paciebat glorie detrimentū  
Cum igit glorie complementū sit in resurrectione ⁊ adeptōne  
secunde stole. Inconueniens ⁊ indecens esse videt q̄ mī dei re-  
gina celi aliquod detrimentū glorie paciat. Necesse igit fuit  
q̄ corpus litz per conditiōem carnis aīa fuit a corpore sepata  
tamen vna cum corpore postmodū extitit glorificata. In eo-  
dem quoq; libro adducit Augu. exempla sacre scripture. Ali-  
enim Nam diuina voluntas inter crepitans ignes non solū  
corpora triū puerorum illesa. sed etiam vestimēta seruauit in-  
usta Daniel. 3. Cur ergo non efficiet in mīe propria quod fe-  
cit in carne aliena. Seruauit Jonam in ventre ceti incorru-  
ptum preter naturam solidum cursu. Jone. 2. ca. ⁊ mīem nō

seruauit incorruptā. Seruat<sup>9</sup> est Daniel in artissimo seu intē  
 patissimo lacu leonū. Daniel. 19. Cur ergo nō seruāda esset  
 maria tātis dotata meritis dignitatū. Huic recordat q̄si sensi  
 bile expimentū. Nā vt Jerō. ait Licet ī medio vall' iōsaphat  
 corpus ei<sup>9</sup> fuerit cumulātū. tū ibi postea nō fuit inuentū. nec  
 a quibus personis aut in q̄ loco trāslatū sit inuenit. Si ergo  
 corpora alior' scōr' et reliquias qui suiebāt dño dñs reuela  
 uit vtz de scō Stephano ⁊ de scōs Gervasio ⁊ Prothasio et  
 in multis alijs sicut historie tradunt. Illas sacratissime vgi  
 nis sacras reliquias ⁊ scissimū corpus vt eis debita reuerētia  
 et honor impenderet nō reuelasset minime certe. Signū ē er  
 go ⁊ argumentū q̄ nūq̄ remāsit in terris. s̄ iam resuscitatū ⁊  
 glorificatū illi purissime anime in celis est pūctū inseparablē  
 Nec cuiq̄ mirū videri dz aut a quoq̄ incōueniēs reputari. s̄  
 eā que in vita oēm supgressa nature legē excessit creaturā an  
 gelicā ⁊ humanā ī morte q̄z nature mortalis legib<sup>9</sup> nō potuit  
 detineri. Quāto aut' spacio t'p'is interiecto p<sup>9</sup> aīe separatōnem  
 corp<sup>9</sup> eius aīe fuit reuictū atz glorificatū scire neminē estimo  
 nisi fortasse fuerit a deo reuelatū. Tradit tū q̄uis oīno nō sit  
 autenticū q̄ audā scōe mulieri extitit reuelatū q̄ brā virgo  
 secundo anno post ascensioē dñi ⁊ tanta amplius quātū est  
 ab ascensione dñi vsqz ad mediū mens̄ augusti qñ ei<sup>9</sup> assump  
 ptio celebrat a corpe emigravit. Tādē p<sup>9</sup>. 90. dies kalij. octo  
 bris caro illa et corpus illibatū angelica conditū diligentia  
 resuscitatū est et gloriose aīe reuictū. Et sic gloriosa virgo et  
 mater simul in aīa ⁊ corpe glorificata in celis assumpta ⁊ ad  
 dextrā filij collocata. Digne igit' de illa intelligi p̄t illud Pro  
 uerbior. 11. Mlt' grōsa iueniet gloriā. s. tā corpe q̄ aīa. Meri  
 to igit' dicit' amicta sole qz gloriosa virgo est inq̄druplici do  
 te corpis in sole designata glorificata. Habet em̄ sol primo  
 claritatē. Scōdo subtilitatē. Tercio passibilitatē. Quarto agi  
 litatē. Et has q̄tuor dotes tāqz sol hz brā virgo ī suo corpore  
 glorioso. Aduertendū est tū q̄ s̄m Alex. de ales in. 3. parte.  
 Dos. s. claritatis ē principal' ⁊ ad eā cetere psequunt'. Primo



em̄ ad eū psequitur subtilitas. Vñ lux p naturā h3 subtilitas  
tē ad corpora penetrādū z maxime que trāsp̄entia sicut ptz in  
vitro z lapide cristallino que penetrāt a luce. Scdo vero ad  
ip̄az sequit̄ agilitas. Vñ mor⁹ et mutatio ei⁹ q̄si subito ē. Ter  
cio aut̄ ad ip̄am sequit̄ impassibilitas. Vñ nullū ab aliquib⁹  
in iudicijs patit̄ inquinamētū. qz ergo claritas oēs alias po  
nit pp̄ietates que sunt corp̄m btōz et nulla alia ponit alias  
oēs. Ideo p claritatē pueniēter fit oñsio gloriificatiōis corp̄is  
gloriosi p̄m̄ dñs Math. 13. oñdere volēs gl̄az gloriosi corp̄is  
nō multiplicat vba s̄ eā integre totalit̄ et pfecte demōstrat  
p solis claritatē cū ait. Fulgebūt iusti sicut sol in regno p̄is  
cor. sm̄ tñ Rich. de media villa in 2. dis. 29. Nō eiusdē sp̄ei ē  
lux claritatis z lux corporis celestia. s̄ lux elementa. quasi il  
li⁹ imitatio ē. Quēadmodū lux sp̄ialis in aīa nō est eiusdē  
sp̄ei cū luce sp̄iali gl̄e diuine s̄ quedā eius imitatio. Sitr lux  
solaris nō est eiusdē sp̄ei cū luce corporis gloriosi. s̄ illius si  
milatio et imitatio quedā. et hoc ē in q̄libet corpe glorioso. s̄  
lux corporis gloriose virginis maior est q̄ futura sint oīa cor  
pora btōz s̄ sumpta. Dep̄to glorioso corpe iesu xpi. Aduertē  
dū est aut̄ q̄ sm̄ Dionisiū ad diascor̄ beatitudo nō erit cor  
por⁹ s̄ ab aīab⁹ redūdabit in corpora. Et hoc fit mō quadrupli  
ci. Primo em̄ int̄lectui dat̄ ppter meritū fidei visio dei et in  
fallibilis veritatis. sicut. 1. Corinth. 3. apl's ait. Videmus nūc  
p spectm̄ et in enigmate tunc aut̄ facie ad faciem. Sed quia  
sp̄s illustratus atqz gloriificatus erit in visione lucis eterne  
ideo claritatē suā subministrabit corpori. qz fulgebūt iusti si  
cut sol zc. sicut p̄dictū est. Scdo vero ppter meritū sp̄ei dabit̄  
tentio siue possessio memorie in amissiōe dignitatis. Ad hoc  
ostendēdū Apl'us. 1. Corinth. 9. ait. Sic currite vt comp̄hen  
datis. Sed quia per tentionem in possessiōe impassibilis dei  
spiritus humanus omnino ip̄assibilis fac⁹ fuerit. Ideo cor  
pori suo tam intra q̄ extra omnimodā impassibilitatez submi  
strabit. Vnde. 1. Corinth. 4. ca. apl's ait. Seminat corpus in  
corruptiōe z surgit sine corruptiōe. Tercio aut̄ volūtati ppter

87  
meritū viatice caritatis dabit dilectio seu fructio in spū infa-  
cidibilis bonitatis. vii Job. 22. ca. ait. Tūc sup oipotentē de  
licijs affluens. Sz qz delectatōe ac dilectōe diuini spūs volū-  
tas erit summe spūalis effecta Ideo correspondētē subtilita-  
tē et spūalitātē corpori imparciēt. Vñ. i Corinth. 4. apls ait.  
Seminat in infirmitate et surget in virtute. Ecce subtilitas.  
¶ Quarto aut qz ex diuina fructōe et possessione spūs pmtis  
fin<sup>9</sup> erit ad tenendum se in deum ideo suo corpori glouoso  
summā agilitatē ministrabit. Proinde. i Corinth. 5. apls ait  
Seminat corpus aiāle et resurget spūale. Ecce agilitas. Et  
hec est gloria singulor et oīm beator. Et quāto in pñti vita  
maior fides firmior spes et feruentior caritas fuerit. tāto cla-  
rior dei visio firmior seu certior dei intentio et dulcior dei fru-  
icio et dilectio aiē in premiū dat a sanctissima trinitate ac p  
consequens sicut exprecedentibus patet in corporibus beato-  
rum lucidior erit claritas firmior impassibilitas potior subti-  
litas z lenior agilitas erit. hīs ergo declaratis diligenter ad-  
uertendum est quod fides benedictę virginis tante fuit luci-  
ditatis. et spes fuit tante stabilitatis et caritas tante fuit im-  
mensitatis quod superauit omnem fidem omnē spem oīm-  
qz caritatem totius nature rationalis simul sumpte conside-  
rato qz fuit mater dei ad quam maternitatez dei minime at-  
tingere possunt per suam fidē spem et caritatem omnes cre-  
ature rationales simul sumpte. si vni tantummodō creature su-  
as singule virtutes communicarent. Sed quanta fuit perfe-  
ctio predictarū virtutū in gloriosa virgine et quantū est pre-  
miū earundem in celo tantum per redundantiam glorie ani-  
me in virginis gloriosum corpus apparet predictis dotibus  
gloriosum. Proinde non immerito Bern. in quodā sermone  
ait. Marie presentia totus illustratus orbis. Et hoc dicit de  
sua conuersatione in terris. Sequitur adeo vt ipsa iam cele-  
stis patria clarius rutillet virginee lampadis illustrata ful-  
gore. Non immerito igitur Jo. ait. In celo mltē amicta sole.  
sz de hoc clari<sup>9</sup> dicet infra smōe sequēti ar. 2. ca. 3. sequēlibet.



**De triplici natura lune cui in pñti vita be-  
ata virgo est assimilata**

**Ca.ij**

Ecūdo aut̃ oñdit̃ beata vgo luna exornata. **A** Jo-  
hanne. 12. Et luna sub pedib⁹ eius. Qd̃ duob⁹ mo-  
dis de btā virgine intelligi pōt. Primo mō dum  
vixit in pñti vita. habet em̃ luna mutabilitatem.  
frigiditatē atq; luciditatez. Et p̃ illa significanē tpalia bona  
mūdāna scientia necnō clara intelligētia. Primo quippe h̃z  
luna mutabilitatē ⁊ significat tpalia bona que sunt mutabi-  
lia ⁊ defectibilia sicut luna. Porro cuncta tpalia tenuit beata  
virgo sub pedibus eius dñi viueret. q; oīa tpalia p̃tempnēdo  
calcauit ne aliquo mō retardarent eius dilectōnez ad ch̃istū  
Vñ merito Eccl̃i. 29. ca ipsa ait Ego mater pulchre dilectōis  
Amor em̃ cōmutabilis boni sp̃ aliqmō derogat amorī incō-  
mutabilis boni. vñ Augu. 9. li. Cōfess. ait. Min⁹ te amat qui  
tecū aliquid amat qd̃ p̃pter te nō amat. **S**cdo h̃z Luna fri-  
giditatē ⁊ fcat mōdanā prudentiā frigidā atq; nocturnā. Et  
hāc sub pedib⁹ virgo hñs partim eā sp̃reuit atq; cōculcauit  
atq; partim suo famulatui subiecit. Tercio h̃z Luna luciditatē.  
et fcat clarā creaturaz intelligentiā et hāc etiā sub pedibus  
habuit btā vgo. nā oīm creaturaz cognitōz actiua ⁊ passiua  
ppatione. s. ad sup̃eminētē xp̃i sciam sp̃ paruipēdit. **H**ui⁹ in  
q̃ scientie princeps erat etiā apls qui ad Philip. 3. c. de se ait  
Que mihi fuerūt lucra hec arbitrat⁹ sum p̃pter xp̃m detrimē-  
ta. Verūtñ existimo oīa detrimentū esse p̃pter eminentē sc̃iaz  
iesu xp̃i dñi mei. Quātomagis igit̃ in hoc btā virgine sc̃m̃ f̃i-  
it que m̃i extitit saluatoris. Scdo mō intelligi p̃t de statu q̃  
nūc regnat in gl̃a. De hoc diceť s̃mone sequēti. ar. 3. ca. 2.

**De triplici intellectu duodecim stellaz qui-  
bus btā virgo coronata est**

**Ca. iij**

Tercio btā virgine oñdit̃ a Johā. stellis coronata  
q; subdit. ⁊ in capite eius coronaz stellaz duodecim  
Qd̃ tripl̃r pōt intelligi. Primo vt. 12. stelle corone

88  
eius sunt duodecim apli chusti et post ruinam in xpi morte  
ad fidem reformati et per eius instructōnem edocti. Nam et  
gloriosa virgo maria est singularis ciuitas illa de qua scribi  
tur Apocaliſ. 12. in qua omnes electi mystice continentur. in  
qua duodeci apostolorū nomina sub figura duodeci lapidū  
preciosorū fundamenta ponuntur. Et similiter duodeci mar  
garite ex quibus ornantur vel sunt duodeci porte. que desi  
gnant duodecim patriarchas qui oīm lapidū preciosorū vir  
tutibus mystice ornati fuerunt. Et per quos solus filij dei me  
ritis beate marie virginis pertransiuit ad posteros.

Secdo modo duodecim stelle eius corone sunt duodeci lumi  
nose conditiones mentis virginis siue illuminatōes. Prima  
stella est cognitio corporalium creaturarum. Secūda spiritu  
alium substantiarū. Tercia intelligibilium sciētiarum. Quar  
ta virtutum affectualium. Quinta institutaz diuinitus legū  
Sexta infusarū diuinitus graciaram. Septima irreprehensi  
bilibium diuinorum iudiciorum. Octaua remunerabilium me  
ritorum. Nona remuneratorum premiorum. Decima retribu  
torum suppliciorum. Vndecima temporalium decursuum. Du  
odecima eternalium ratōnum. ¶ Tercio quoq; modo duode  
cim stelle in corona virginis duodecim beneficia que ea regē  
te gloriosa in precibus suis impetrat nobis qui militamus ⁊  
laboramus in mundo. Prima stella est cecorum illuminatio  
Secunda lapsorum releuatio. Tercia sordidorum purgatio  
Quarta desolatorum letificatō. Quinta temptatorum adiu  
uatio. Sexta in aduersis roboratio. Septima mortuorum re  
surrectio. Octaua induratorum mollificatio. Nona ad chri  
stum iesum directio. Decima in hora mortis subuentio. Vnd  
cima ignis purgatorij refrigeratio. Duodecima in gloria om  
niū letificatio. Que nobis precibus et meritis dulcissime ma  
ris sue imparciatur dilectissimus filius iesus christus qui cū  
patre et spūs sancto ipsam virginem sup omnes creaturas in  
glā semp exaltat per infinita secula seculorum Amen.



## Stetit regina a dextris tuis

in vestitu deaurato circumdata varietate. psalm<sup>9</sup>  
99. Ad honore virginis matris dei. in sermōis  
hui<sup>9</sup> principio exordium sumam<sup>9</sup> a verbis deuotis  
simi serui eius gloriosi Bern. in principio cuiusdā simonis d  
assumptione qui ait. Hic totū decurrat ingenium et aureus ser  
mo tota reluceat venustate. Volūtaria oris mei beneplacita  
faciat sibi genitrix dei dñā mundi regina celi. Ipsa sensum a  
cuar. dirigat stilum. et liguan paupis venustiori spergat elo  
quio. Qd et ipsa mihi hodie impartiri digne<sup>9</sup> vt de magnifi  
centijs eius balbuciendo depromā iuxta pphetica verba. que  
dicunt. Astetit regina a dextris tuis in vestitu etc. In quib<sup>9</sup> sa  
cratissimis verbis tres ptemplatōes d virgine matre p ordi  
nem distiguamus. primo em̄ contemblemur eam gracijs co  
ronatā. ibi Astetit regina. scdo in gloria exaltatā. ibi a dextris  
tuis in vestitu deaurato. tercio ab omnibus honoratā. ibi cir  
cūdata varietate. Eas quidē tres contemplatōnes sicut psal.  
habuit in veteri testamento. sic Johā. euangelista in visiōe  
eas habuit in nouo testamento. vñ Apoca. 12 ca. ait. Signū  
magnum apparuit in celo. mulier amicta sole. et luna sub pedi  
bus eius. et in capite eius corona stellarum duodecim

¶ Articulus primus de duodecim gracijs et  
excellencijs beate virginis quibus quasi du  
odecim stellis tanq̄ regina in presenti mū  
do coronata fuit.

Primo contēplemur beatam virginem gracijs co  
ronatā. qz psal. vocat eaz reginā dicens. Astetit re  
gina a dextris tuis. Et euāgelista Jo. dicit eaz ha  
bere in capite coronā stellarū 12. Cōtēplemur ex

go eā reginā corona stellarū. 12. coronatam. Tāta est em̄ grā  
 virginis matris q̄ quāto grē eius et virtutes ac dignitates  
 fidelib⁹ et deuotis se offerūt digniores suauiores et puriores  
 Tāto purius et suauius atq; diuini⁹ afficiunt eos. et tanto  
 in eis summa puritatē dei atq; suauitatem et diuinitatē dul  
 cius et plenius assaporant. Propterea distiguamus. 12. mira  
 biles grācias. que. 12. eius corone stellas signant. quas etiam  
 in presenti vita peregrina habuit. prima est nobilitas. secūda  
 est preseruatio. tertia meritum. quarta potestas. Addant alie  
 quattuor. prima est supercellentia. scda ē dñatio. teciā ē regnū  
 quarta dispēsatiō. Supaddant alij quattuor. prima psumatō  
 scda ornatus. tertia retributio. quarta incomprehēsitilitas

**¶** Quid beata virgo nobilior femina mundi  
 fuit sin carnem

Ca. 1.

Prima stella nobilitas nuncupatur. Suit em̄ bea  
 ta virgo nobilius indiuiduum seu nobilior creatu  
 ra omnibus indiuiduis seu creatis que in huma  
 na natura fuerunt aut possunt aut potuerunt ge  
 nerari. Equidem Math. ca. 1. in fine ponens tres quaterde  
 nas generationis abraam vsq; ad christum describit eam fuisse  
 natam. de quattuordecim patriarchis. de quattuordecim  
 regibus. et de quattuordecim ducibus. sin q̄ distiguūt ⁊ enu  
 merant quidam. Lucas quoq; ca. 1. describens nobilitatē ori  
 ginis sue exordians ab adam et eua ultimo vsq; ad christum  
 deum generationem suam protraxit. habemus namq; q̄ do  
 minus Iesus christus qui sine matre fuit in celis et sine pa  
 tre in terris. totam a virgine humanitatem recepit. et digni  
 tates que ad humanitatem sequuntur s̄ cognationis vt di  
 ceretur filius danid. et consanguinitatis vt diceretur habere  
 fr̄es ex nobili parētela. totū hoc a sua bñdicta m̄re suscepit.  
 Quid etiā esset ultim⁹ dux ultim⁹ rex. et ultim⁹ p̄archa toti⁹  
 ppli isrl. vñ hoc habuit nisi a v̄gine. vt ex hoc manifeste clare



scat q̄ oīs nobilitas corporis p̄cessa humano generi in adāz  
a domino principaliter data est vt descenderet p̄ multas ge  
neratiōes et per virginē matrem terminaret in christū. hinc  
tantā mundiciā precipiebat deus in lege sua. non tantum  
in humanis corporibus sed etiam in vasis in domibus in ca  
stris. et in cunctis que erant in pp̄lo dei. vt s̄z pplus per xpm̄  
illam nobilitatem et mundiciā conseruare deberet. Cum autē  
venit christus exhausta manifeste apparet omnis mundicia  
et nobilitas iudeoz qui non crediderunt in eum. Ita q̄ vbi  
gens iudaica nobilissima et mundissima fuerit ante christum  
nūc vilissima et abiectissima appet vltra oēs natōes hoc eti  
az manifesta apparentia monstrat q̄ post xpm̄ nō habuerūt  
aliquē patriarchā vel regem vel ducem. sicut ipsimet publice  
attestant. vt verificetur q̄ ipse de se Apoc. z. ca. ait. Hec dicit  
primus et nouissimus. primus s̄z quem deus in suo populo  
principaliter intendebat. Et nouissimus s̄z patriarcha rex et  
dux in populo isto. Quia igitur omnes preclaritates. inge  
nuitates. prefecturas dignitates ⁊ nobilitates que possunt es  
se in aliquo individuo humano sm̄ originez sanguinis descri  
bunt euangeliste in hac puella. oportet nos eorū testimonio  
eam preferre oīb⁹ principib⁹ ⁊ principissis regib⁹ et reginis.  
imperatoribus et imperatricibus et omnibus potestatib⁹ tri  
bubus et liguis totius vniuersi

**¶** Quid totus mōs post primoz nostroz parentū  
culpā. amore tante virginis preseruatus est Ca. ij

Ecūda stella dī preseruatio. Maria nāq; sola per  
multa milia annoz anteq̄ nasceret primo ⁊ prin  
cipaliter adā et euā et totā eius posteritatē preser  
uauit inesse. Cōstat nēpe q̄ ex pp̄ria trāsgressiōe  
adā et euā nō solū mortis s̄ et annihilatōis exterminii meru  
erūt et diuina vltio que p̄sonarū acceptōez ignorat sicut nec  
culpā angelicā sic nec etiā humanā dimississet impunem. S̄z  
pp̄ter precipuā reuerētiā ⁊ singularissimā dilectōz q̄ habebat

ad virginē p̄seruauit. q̄ eo ab eterno sup̄ oēs creaturas deo  
nrō uiuēdas que creāde erāt supercessiue dilexit. p̄pterea pre  
seruati sunt p̄thoplausti. nec ut merebant̄ in nihilū sunt reda  
cti. Rō hui⁹ ē q̄ hec b̄ndicta puella in lumbis erat ade fm̄  
seminalē rōem. sicut nos fuimus et potentia p̄ducende hui⁹  
puelle ī primis parentibus simpl̄r a principio impressa erat  
donec educeretur ī actū. De ipsa nāq; nasci debebat dei filius  
iesus xp̄s qui fm̄ corpulentā substantiā in adā existēs erat so  
lū. Et de nulla alia educend⁹ indulsit misericors de⁹ primis  
parentib⁹ nec eos annihilauit. q̄ sic nō fuisset exorta brā vir  
go nec p̄ p̄ns xp̄s siue deus se carne vestisset humana. Ergo  
p̄pter istā nobile creaturā de⁹ saluauit parētes primos de pri  
ma eorū trāsgressiōe Ḡn̄s. 3. Noe diluuiο inundante Ḡn̄s. 1.  
Abraā d̄ sede regis chaodolaomor Ḡn̄s. 12. Isaac de ismae  
le Genes. 21. Jacob de esau Ḡn̄s. 27. Iudaicū pplm̄ de egypto  
7 de impia pharaonis manu Exo. 21. de vitulo in deserto  
Exo. 32. de manib⁹ diuersorū regū tyrānorū. s. nabuchodono  
sor Daniel. 3. de captiuitate babilonie. Ps̄. 33. et assiriorū. 2  
Regū. 17. De golia dauid et de saule. 1. Regū. 18. Et ut breuī  
sm̄one cūcta p̄prehendā oēs liberatōes et indulgētias sc̄tās  
in veteri testamento nō ambiguo deū fecisse solū p̄pter hui⁹  
b̄ndictē puellē reuerentiā 7 amorē quib⁹ eā deus in suā p̄desti  
natōez p̄honorādā cūctis opibus suis ab eterno p̄ordinauit.

¶ Quid meritū beate virginis in p̄ceptōe filij dei  
merita oīm purarū creaturarū excedit

Ca. iij

Ercia stella meritū nuncupat. Plus enim meruit  
gloriosa virgo in vno suo consensu. s. p̄ceptōis fi  
lij dei q̄ omnes creature siue angeli siue homines  
in cūctis suis actibus motibus 7 cogitatōibus. et  
quidē omnes qui meruerūt. nihil amplius mereri nisi fm̄ di  
uersos status 7 grad⁹ gl̄am felicitatis eterne. Hec autē virgo  
in illo glorioso p̄sensu meruit extinctōez somitis. primatū or  
bis. dominū mundi sup̄ oēs creaturas. sceptrū regni. plenitū



ditem omnium gratarum omnium virtutum omnium donorum  
omnium beatitudinum. omnium fructuum spiritus. omnium scientiarum.  
et maxime altissime theologie interpretationis sermonum. spiritus prophetie discretōnis spirituum. operatiōnis  
virtutum gracie sanitatum. Meruit secunditatem in virginitate.  
maternitate filij dei q̄ sit stella maris. porta celi. ⁊ sup̄  
omnia q̄ diuine misericordie sit regina. ⁊ regina misericordie  
nominetur quod multipliciter probari potest. ¶ Primo em̄  
plus ei puenit hoc nomen quam si dicatur imperatrix. Nam  
imperatrix est nomen magni timoris atq̄ rigoris. Regina autem  
plus est nomen prouidentie et equitatis. Propterea nō  
credo in tota scriptura sacra deum expresse nominari imperatorem  
sed regem. hoc nempe nomen est maiestatis. ¶ Secundo etiam  
dicitur magis proprie regina misericordie quā domina dominarum.  
vel regina reginarum. vel dea dearum. Hec enim omnia important  
dignitatem vel excellentiam respectu maiorum vel minorum.  
Si enim diceretur dea dearum non videretur esse dea vel regina  
peccatorum vel demonum. Similiter proprie non diceretur regina  
pacis et dilectōnis. quoniam non est hoc vniuersale omnibus  
sui regni. ¶ Tercio etiam dicitur melius regina misericordie quam  
potentie vel sapientie. In sapientia enim intelligitur potētia sed  
nō conuertitur. In misericordia vero intelligitur et sapientia et  
potentia et non eōuerso. Vnde misericordia claudit illa tria  
in se. propterea regina misericordie est regina potentie et sapientie  
et non eōuerso. ¶ Quarto etiam proprie nō potest dici regina glorie  
seu regina gracie aut regina iusticie. Nam gloria gracia et  
iusticia per se tantum dicunt collationes boni et non ablationem  
mali. Per se enim plus comprehendit et in amplius se extendit  
regnum misericordie. quam glorie gracie vel iusticie. Sed ab  
ampliori et maiori potentia dignitas et denominatio maior est.  
Est ergo beata virgo Maria a summa dignitate et regina  
misericordie dici debet. ¶ Quinto ad idem. gloria enim tantum  
est in celo. non in terra. non

91  
in inferno. nō in purgatorio. sed misericordia in quolibet ho-  
rum est. Ergo maximum est regnum misericordie. Merito er-  
go regina misericordie est dicta. ¶ Sexto insuper regina mi-  
sericordie dici debet. Nam quicquid est superius superiore su-  
perius est inferiore. Sed misericordia est super omnia opera  
dei et regnum misericordie super misericordiam. Ergo regina  
misericordie determinat potentiam super omnia. sed illa cō-  
uenit virgini purissime. Ergo proprie est regina misericordie  
¶ Septimo etiam super patrimonium et proprietatem filiū  
sui est regina sed hec est misericordia. Proprium etenim dei  
est misereri semper et parcere. ergo beata virgo proprie mise-  
ricordie est regina. ¶ Octauo etiam probari potest. Isaie em̄  
18. dicit dominus. Ego autem considerabo in loco meo Glo.  
qui locus est misericordia. sed proprius locus regis est regnū  
Ergo misericordia est regnum regis et regine. Sed proprie  
dicitur rex ⁊ regina eius quod est ipsius regnum sicut rex vlt  
regina Francie dicitur cuius est regnum francie. Propterea  
beatissima virgo proprie dicitur regina misericordie cui⁹ mi-  
sericordia regnum est

¶ Quid beata virgo potuit facere de deo qđ de se  
nō potuit facere etiam ipse deus

Ca. iiii

Varta stella est potestas. Plus enim potuit face-  
re beata virgo de deo quam deus de seipso. Que-  
dam enim contraria et contradictoria inter deum  
et virginem erant que dum accessit ad virginem  
concordata sunt. Puta primo impossibile erat deum non ge-  
nerare. impossibile erat virginem generare Item secundo im-  
possibile erat deum generare nisi deum. impossibile erat vir-  
ginem generare deum. Amplius tercio impossibile erat deū  
cum alia persona generare impossibile erat virginem sine p-  
sona generare. Accessit ergo deus ad virginem et necesse fuit  
virginē generare et nō alium qđ deum et nō de alio qđ de deo  
S3 de⁹ nō potuit generare nisi deū de se. et tñ vgo deū fecit



hominem. Deus non potuit generare nisi infinitum immor-  
taliter eternū insensibilē impalpablē inuisibilē sub forma dei  
Sed virgo fecit eum finitum. mortalem mendicū temporālē  
palpabilem sensibilem visibilē sub forma serui suppositum  
sub natura creata. O ineffabilis potestas. O incogitabil' vir-  
tus virginis matris. O inconphensibilis altitudo misteriorū  
dei. vna mulier hebreia fecit inuasionem in domo regis eter-  
ni. vna puella nescio quibus blandicijs. nescio quibus caute-  
lis. nescio quibus violencijs seduxit. decepit. et vt ita dicant  
vulnerauit ⁊ rapuit diuinū cor et diuinā sapientiā circūuenit  
Propterea pquerit dñs de beata virgine dicens Cāt. q. Vul-  
nerasti cor meum soror mea sponsa mea vulnerasti cor meuz  
vbi glo. p amore tuo carnē assumpsi et vulnerib⁹ pūmis in  
cruce vulnerasti cor meum. Nam primogenita filij tui fuit.  
plusq; pro ea redimēda in mundū venit q̄ pro omni alia cre-  
atura. Ex virginis igit̄ carne deus flens dico summā altitudi-  
nem vestiuit humilitate. summā deliciam vestiuit penaltate  
summā opulentiā vestiuit paupertate. et summā lucem vesti-  
uit tenebris. summū honorem vestiuit opprobrijs. summum  
amabile vestiuit flagellis. Reuera deo patri p omnē modū  
impossibile esset de se aliquid tale facere. Propterea in hoc  
stat virginis prerogatiua q̄ cum hec deus nō possit nulli al-  
teri creature concessit. Qd aut̄ sic generauit totū p salute ge-  
neris humani pcuratum est. vnde sicut illud quod pater de-  
dit maius est omnibus vt scribit̄ alibi. sic qd mater dedit ma-  
ius ē omnib⁹. Quid igit̄ agendū est nisi cum Gregorio excla-  
mādū et dicendum. O mira circa nos vtriusq; parentis Jesu  
xpī pietatis dignatio. O inestimabilis dei et virginis dilectō  
caritatis qui vt seruū redimerēt cōmunē filiū tradiderūt pro  
pter nimīā charitatē q̄ deus et vgo nos miseros pctōres di-  
lexerūt. Hec sunt q̄tuor prime stelle. addāt alie quattuor

Qd solus eternus pater et virgo beata po-  
tuerunt filium habere deum

Ca. i

**Alma** est superexcellencia. Persona namq; virgi-  
nis tante superexcellencie est q; nec in personis in-  
creatis nec in personis creatis vt angelis et homi-  
nibus inuenitur hec incogitabilis dignitas sz qd  
habeat deum filium nisi in vna persona diuina  
que est patris. Et in vna persona humana que est matris.  
Sane priuilegium hoc isti soli persone ita concessum est. q;  
sicut impossibile est persone filij vel psone spiritussancti ge-  
nerare deum pro eo q; in eis non est natura cum punitate se-  
cunditatis nec intellectus cum actu dicitur aliquod verbum  
siue cum secunditate et potentia ad producendum imaginē  
sicut in patre est. Vnde sicut impossibile est patri producere  
aliud verbū pro eo q; hoc verbum genitum sit perfectissimū  
et totam potentiam generandi exhausit in patre. Ita impos-  
sibile est mlem aliquē generare deū. nisi per nouam potētiā  
alicui collatam a deo. Quod certum est nunq; futurum esse.  
Potentia enim concipiendi et pariendi deum que nature hu-  
mane copulata fuit sm q; dicimus Christum fuisse in lum-  
bis patrum sm corpulentam substantiam descendit ab Adā  
vsq; ad virginem. Et fuit impossibile ad actum in aliquē mu-  
liorem deduci nisi in Mariam virginem qua potentia ita p-  
natiuitatem Christi exhausta est de natura humana q; qui-  
cunq; diceret aliquam personam diuinam esse humanam in  
aliquo sm corpulentam substantiam esset vt impijssim⁹ he-  
reticus puniendus.

**Q**uod tot seruiunt creature beate marie vir-  
gini quot seruiunt brē trinitati Ca. ij

Ecunda stella est dominatio siue si volumus di-  
cere famulatus. Tot enim creature seruiunt glo-  
riose virgini Marie quot seruiunt trinitati. Om-  
nes nempe creature quemcunq; gradum teneant  
in creatis siue spirituales vt angeli. siue corporales vt corpa  
celestia vel elemēta et omnia que sunt in celo et in terra siue



dampnati siue beati que omnia sunt diuino imperio subiungata. gloriose virgini sunt subiecta. Ille enim qui filius dei est et virginis benedicte volens vt sic dicam paterno principatui quodammodo principatum equiparare maternū ipse qui deus erat matri famulabatur in terra. Vnde Luce. 2. ca. scriptum est de virgine et glorioso ioseph. Et erat subditus illis. Propterea hec est vera diuino imperio oīa famulant et vrgini. Et itez hec est vera. imperio vrginis oīa famulant et de?

**Q**uod hereditario iure successit beate virgini regnum totius mundi

Ca. iij

**E**cce stella est regnum. Lege enim successionis. et hereditario iure totius vniuersi debetur beate virgini primatus et regnum. Quamuis autem benedicta virgo fuerit nobilior persona que fuerit vel futura sit in orbe terrarū. tamen perfectionis quod etiam si non fuisset mater dei non minus debuisset esse domina mundi. Tamen secundum leges quibus regitur mundus iure hereditario omnem huius mundi meruit principatum et regnum quia filius eius in primo instanti sue conceptionis monarchiam totius promeruit et obtinuit vniuersi. sicut propheta testatur dicens Domini est terra et plenitudo eius orbis terrarum et vniuersi qui habitant in eo. Ex iure ergo conceptionis filij dei virgini incunbebat totum illud procurare et administrare quod ex tunc filio datum est usque ad legitimam etatem filij sui sicut ipsius diligens nutritrix secundum quod volunt iura. nectamen est mirum. si tam generosa regina administrandi orbem curas omiserit. Primo quia femina. secundo quia puella. tercio quia virgo resecunda. quarto quia paupercula. quinto quia cure filij dei et sui erat totaliter dedicata. sexto quia non credebatur mater filij dei nec recipiebatur vt orbis domina. sicut nec filius qui vitam totius orbis et mores ordinabat. Tamen non est vt deus agnitus. nec vt orbis rex et heres receptus. sicut Io

primo ca. scriptum est. Mundus per ipsum factus est. et mū-  
 dus eum non cognouit. in propria venit ⁊ sui eū non recepe-  
 rūt. Sciens igitur mater in filio latentis diuinitatis virtutes  
 quod curam administrandi rempublicam dereliquit lūz ubi  
 poterat pro posse exequerebatur. sicut patet Johan. 2. ca. q. in  
 reipublice solacium et supplementū vinum in nupcijs postu-  
 lauit. Ac dolens querebat filium ne mundus perdidisset do-  
 minū suum. quinimmo cum filius eius vnigenitus moreret  
 in cruce cum nullum habuisset in terris qui d. iure succederet  
 ei. mater omniū fm iura successit. ac per hoc principatū oīm  
 acquisiuit. Successionem autem hanc nusquam legimus re-  
 uocatam. sed diuino munere operante et gracia virginis im-  
 petrantē cernimus expressius elucidare quottidie Cum eam  
 dominam et reginam omnium predicamus. De monarchia  
 autem vniuersi nunquā Christus testatus est eo q. sine ma-  
 tris pre iudicio nequaquā poterat fieri. Insuper nouerat q.  
 potest mater irritare filij testamentum si in sui preiudicium  
 sit confectum. Ex his omnibus apertissime claret q. mater ie-  
 su christi maria hereditario iure omnium que sunt infra deū  
 habet regale dominium ⁊ inditū obtinet principatum. Vt ei  
 dici possit sicut ⁊ filio illud psalmiste. Dominatio tua in om-  
 ni generatione et progenie

**¶** Quid nulla gracia ad nos descendit nisi per  
 manus beate virginis dispenseretur

Ca. iiii

Varta stella est dispensatio. A tempore enim a q.  
 virgo mater concepit in vtero verbum dei. quan-  
 dam vt sic dicam iurisdictionem seu auctoritates  
 obtinuit in omni spiritustanti processioe tempo-  
 rali. ita q. nulla creatura aliquā a deo obtinuit gratiam vel  
 virtutem nisi fm ipsius matris dispensationem. Hinc Bern-  
 hardus deuotissimus ait. Nulla gracia venit de celo ad ter-  
 ram nisi transeat per manus benedictę virginis Marie ⁊c.  
 Hinc Jeronimus de eius assumptione in sermone inquit



In christo fuit plenitudo gracie sicut in capite influente In maria vero sicut in collo trāssundēte. Vnde Can. 2. ca 8 vir gine ad christū salomon ait. Collū tuū sicut turris eburnea. Nam sicut per collū vitales spūs a capite descendunt in cor pus. sic per virginem a capite christi vitales gracie in ei⁹ cor pus mysticum transfunduntur. Vnde iste est ordo diuinariū graciariū influxus vt prius a deo defluāt in xpi aīaz benedi ctam. deinde in animam virginis matris. inde in seraphin ⁊ in alios sanctos ordines angelorum. demū in eccliam militā tem. Cū em̄ tota natura diuina totū esse ⁊ posse scire ⁊ velle diuinū intra virginis vterū extiterit clausum. non timeo dice re q̄ omniū graciariū effluxus q̄dam iurisdictionē habuerit hec virgo. de cuius vtero quasi de quodā diuinitatis oceano riuī ⁊ flumina emanabant omniū graciariū. Reuera materni tas dei hanc in mundo naturali iure obtinuit dignitatē vt re gina misericordie sicut p̄dictū est merito nuncuparet. Et hoc p̄pter filij magnificentiā qui est rex regū et dñs dominantiss Reperio namq; i rege nr̄s iesu duas dignissimas dignitates vtz q̄ sit eternus deus genus ab eterno. et eternū deū pdu cat eo. q̄ sp̄m̄sc̄m̄ spiret ⁊ ipse clausus i virginis vtero in eter nitate a deo patre deus generabat̄ eternus et in eadem eter nitate ipse puer in ventre matris deū spirabat ⁊ producebat eternū primā filij dignitatē. s. q̄ sit generatus a deo tā infini to modo virgo benedicta participauit q̄ Iesus non dicatur magis verus filius dei q̄ filius virginis nec maior nec minor nec dignior est dei filius in throno paterno sedens vestitus claritate q̄ habuit anteq̄ mundus fieret q̄ pannis pauperri mis inuolutus ⁊ intra senū in presepio inclinatus. Et quia ta lis est mater filij dei qui producit sp̄m̄sc̄m̄. Ideo omnia do na virtutes ipsius sp̄ss̄ sancti quib⁹ vult quādo vult quomōd vult et quantū vult per manus ipsius administrant. Jā du os quaternarios stellarum tetigimus. nunc ad terciū trans eamus. Superaddātur alie quattuor

94  
COS beata virgo consumatio ⁊ perfectio  
est totius create creature.

Ca. 1

Prima autē stella est consumatio. omnes enī natu-  
ras et mundi perfectiones vltima sua pfectōe vir-  
go sacra compleuit. Deus quidē licz in mundi cre-  
atione nihil produxit imperfectū. sed oīa perfecta  
sicut eorum exigebat natura. tamen vltime perfectionis con-  
sumatio vsq; ad partū virginis dilatata est et soli virgini re-  
seruata. Omnia namq; entia vnū ens nobilissimum appete-  
bant. viuētia vnū nobilissimū viuens. sentientia vnū nobi-  
lissimum sentiens. conceptiones vnum nobilissimū cōceptū.  
natiuitates vnum nobilissimū nascibile. rationalia singula-  
rissimū rationale. spiritualia excellētissimū spirituale. Et bre-  
uiter omnes creature appetebant vnum quoddam optimuz  
purum creatum. His sic existentibus imperfectis prouisum  
est mundo de vna femina super omnibus benedicta. que vni-  
co suo partu omnibus generibus rerum summā et vltimā  
perfectionem adduxit. Aduerte diligenter anima q; hec be-  
nedicta puella tantam perfectōez attulit vniuerso. q; vltē-  
ris perfectōnis non est capax. nec deus potest ordinaria pote-  
state ipsum perficere vltēiori perfectione. immo si in tempo-  
re pater vel spiritussanctus de femina nasceret nihil accresce-  
ret orbi. q; quicquid nobilitatis. quicquid diuinitatis. et quic-  
quid eternitatis est. totum in orbe diffusum est et productū  
per virginem in illo eterno supposito quod generauit beatif-  
sima virgo. Nec virgini magnū est q; perfectōbus adduxit  
orbis vltimā pfectōez. cū et ipsi vniuersitatis auctori nonnul-  
las perfectōnes adduxerit. puto eterno principio inceptōnis  
exordiu. eternitati diuine temporale periodum infinitate im-  
mense q̄ritatē corporeā speciei eterne pulchritudinē nouā. p  
quibus omnibus scriptū est. Omnis consumationis vidi fi-  
nē. qui sū est beata virgo maria.



**¶** **¶** Tota ecclesia militans ex beata virgine  
ornata et decoratur.

Ca. ij.

Secunda stella est ornatus. De carne enim virginis benedicte et in parte corporis eius excisa. consistit. perficitur. et terminatur totum decus et pondus sacramentorum ecclesie dei. Certum est enim quod omnis institutio sacramentorum et omnia alia sacramenta tanquam in ultimum finem. et ad illud sacramentum omnium sacramentorum excellentissimum quod est eucharistia ordinantur. que quidem conficitur et consecratur. dum panis in corpus christi convertitur. Quamvis enim per concomitantiam in christi corpore sit divina substantia et anima sola. tamen substantia panis transsubstantiatur in sola substantia carnis. non in divinitate neque in animam Ideo hoc sacramentum est finis omnium sacramentorum. Et ut expressius magnifice illam dignissimam et beatissimam carnem de virgine gloriosa decisam. Dico quod tanta infinitate nobilitatis eam dignificavit altissimus. quod cum esset veri hominis caro dum vivebat Jesus. formam hominis posset perdere. dei autem nequaquam Non enim erat verum dicere de corpore exanimi christi. hoc corpus est homo. et verum erat dicere hoc corpus est deus

**¶** Quanta virgo beata retribuat domino pro omnibus que ipse retribuat nobis

Ca. iij.

Tercia stella est retributio. Sola enim benedicta virgo maria plus fecit deo vel tantum ut sic dicam quantum fecerit deus toto generi humano. Credo enim certe quod mihi indulgebit deus si nunc per virginem loquar. Congregemus in unum que deus homini fecit. et consideremus que maria virgo domino satisfecit. Primo namque formavit hominem de limo terre. sed Maria formavit eum de purissimis sanguinibus suis. et de purissima carne sua que prevalet omnibus rebus mundi. Secundo deus impressit in homines decorem imaginis sue. sed gloriosa Maria impressit in eum

imaginē suam. Nā sicut ipsa erat pulchrior omniū feminarū  
sic Iesus ē pulchrior et p̄ciosior forma p̄ filiis hoīm. ¶ Ter  
cio deus fecit hominē sine passione. famis. sitis. caumatis. fri  
goris et consimiliū. Sed sedula mater iesu et precunctis homi  
nibus pia omnibus passionibus eius occurrebat. s̄z fami. si  
ti nuditati. frigori. calori sicut status pauperrimus erigebat.  
Et hoc cum maxima patientia sua. ¶ Quarto vestiuit deus  
hominē pellicea veste. Sed virgo benedicta vestiuit eum in  
presepio suis pauperculis pannis et processu tēporis tunicas  
inconsutile ei fecit que preualuit oībus vestib⁹ indī. ¶ Quinto  
docuit deus hominē sapientiā. Sed sapientissima et prudē  
tissima virgo maria docuit christum puerilia noxia fugere  
et sequi eam. ¶ Sexto nutriuit deus hominē de fructibus pa  
disi. s̄ beatissima vgo nutriuit xpm de suo sacratissimo lacte  
vbere. de celo pleno. cuius minima stilla p̄ualet oībus fructi  
bus paradisi terrestreis ac totius mundi. Reddēdo ergo sin  
gula singulis. s. que fecit deus hoī. et que fecit deo beata vir  
go. videbis q̄ plus fecit maria deo hoī. q̄ hominī de⁹. vt sic  
p̄ solatio dicere liceat q̄ p̄pter btām virginē q̄ tñ ipse fecit  
deus. quodāmo plus obligetur nobis q̄ nos ipsi

¶ Quātū incōprehensibiles sint perfectiones  
virginis gloriose

Ca. iiii

Varta et vltima stella est incōprehensibilitas. Si  
cut diuine perfectōnes omni intellectui in cōpre  
hensibiles sunt. sic perfectōnes graciariū quas vir  
go suscepit in conceptione filij dei soli intellectus  
diuino et christo et sibi cōprehensibiles extiterunt. Et quidem  
q̄ deus generaret deū nulla requirebat in deo dispositio cū  
ei ex natura conueniret vt per vias nature intellectus produ  
ceret verbum per omnia sibi equalem. immo impossibile est  
q̄ non generet deum p̄pter suam fecunditatē. s̄ q̄ seia p̄cipet  
et peret deū. ē et fuit miraculū miraculorū. ¶ Porruit em̄ vt sic  
dicā. seīaz eleuari ad q̄dā eq̄litatē diuinā p̄ quādā q̄si infini  
tatē p̄fectionū et gr̄arū q̄ equalitatē creatura nunq̄ expta ē

¶ ¶



Vnde ut credo ad illam abissum imperscrutabilem omnium carissimum spiritus sancti descenderunt in hora conceptionis que in beatam virginem descenderunt in hora diuine conceptionis intellectus humanus vel angelicus nunquam potuerunt attingere. quod declarans angelus Gabriel Luce. 1. cum ab eo quereretur beata virgo et diceret. Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco. respondit angelus. Spiritus sanctus superueniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi. q. d. Quod a me queris ignoro. sed eterne sapientie doctor. qui sibi solum hoc altissimum misterium reseruauit te per illuminationem experientiam edocebit

### ¶ Articulus secundus de exaltatione beate virginis in gloria

Ecundo contemblemur beatam virginem in gloria exaltatam. Et de hoc subdit psal. A dextris tuis in vestitu de aurato. A dextris siquidem dei assistit beata virgo cum in potioribus bonis eternis ultra omnes beatos per filium suum exaltata est. Et hoc quidem in vestitu deaurato. id est cum corpore iam glorificato ex cuius splendore per filium suum tota lucescit ciuitas beatorum. Et de hoc etiam Io. subdit. Signum magnum apparuit in celo. multum amicta sole. Quod verbum potest esse thema in presenti articulo cum quis vult solum loqui de gloria virginis quam habet in regno dei. In quo quidem verbo triplex misterium declarat. primum sanctificationis. ibi signum magnum. secundum appetitionis. ibi apparuit in celo. tercius glorificationis. ibi multum amicta sole Apoc. 12.

Quod beata virgo est illud admirabile signum quod nobis reuelat gratiam et gloriam atque intelligentiam

Ca. 1

Primum est misterium significationis. Et de hoc Io. ait. Signum magnum. Dicitur enim virgo gloriosa signum magnum triplex. primo. scilicet magne gracie. secundo magne glorie. tercio magne intelligentie. Primo enim fuit beata virgo signum magne gracie in incarnatione filii dei

demonstrare et dare. Signum enim aperit et claudit quod si-  
 gnatum est. Sic et beata virgo immaculato utero suo ex do-  
 no gratie magne et infinite clausit et aperuit filium dei pro no-  
 bis. quando scilicet verbum caro factum est et habitavit in nobis  
 vel in ea. Unde Ezechiel. 32. ca. dominus ait. Solem nube tegas  
 id est christum in virgine abscondam. Et Ysaie >. iterum di-  
 cit. Dabit dominus ipse signum vobis. Ecce virgo concipiet  
 et pariet filium et vocabitur nomen eius emanuel. quod inter-  
 pretatur nobiscum deus. Ecce quod beata virgo magne gra-  
 tie signum est. dum deum per carnis assumptionem fecit esse  
 nobiscum ex gratia sua. Propterea Gabriel angelus Luce. 1  
 ca. ad eam inquit. Inuenisti enim gratiam apud deum. quia  
 ipsa sola et non alia creatura per Euam perditam nobis gra-  
 tiam reinuenit. Unde Augu. in sermone de natiuitate. Auctrix  
 peccati eua. Auctrix meriti maria. Eua occidendo obfuit. ma-  
 ria viuificando profuit. Percussit illa. sanauit ista. Secundo  
 est virgo signum magne glorie tam utique magne quam sicut in-  
 fra patebit ultra quam dici possit superat et letificat omnes ange-  
 licos ciues. Unde Ecclesiastici 23. A luna signum dici festi.  
 A littera in principio lunaris mensis. luna aspectibus homi-  
 num occultatur. et tamen a sole illuminatissima et ei coniun-  
 ctissima est. Tunc etiam ad litteram apud indeos erat festum  
 neomenie. Sed et gloriosa virgo maria in assumptione sua  
 oculis hominum absconsa et a tota trinitate dei formata atque  
 filio suo in gloriosa fide coniuncta. festum superne ac magne  
 glorie. magno gaudio et leticia consecrauit. Unde Prouerbi-  
 orum. 11. ca. scriptum est. Mulier graciola. id est beata virgo inuenit  
 gloriam scilicet nonam in paradiso. sicut infra patebit. Et merito  
 quidem inuenit gloriam nonam in celo que amissam gratiam  
 inuenit in terra. Tercio vero gloriosa virgo signum est magne  
 intelligentie. Signum enim ducit in signati cognitionem. sic virgo  
 Maria supra omnem aliam creaturam ducit in sapientiam et in-  
 telligentiam filii sui et dei. Hinc ysa. 29. ca. de ipsa dominus ait. Ex-  
 altabo ad populum meum signum meum. id est per signum utique meum



quod est gloriosa virgo. cognitionem atq; intelligentiam dabo de me ipso et de filio meo dicit dominus. Propterea et dicitur Porta celi. quia per eam alta et sacra celi et scripturarum ac sacramentorum mysteria referantur.

De triplici celo in q; gloriosa virgo monstrata est ad imitationis exemplum et glorie eius deuotionez.

Ca. ij.

Secundum misterium quod subdit Iohannes est apparitionis. Vnde ait. Apparuit in celo. In triplici enim celo apparuit hoc virginale ac celeste signum. Primo in celo ecclesie. secundo in celo glorie. tercio in celo anime. Primo enim apparuit in celo ecclesie scilicet militantis. De quo celo Apocalipsi. 21. ca. Celum nouum et terra noua. In hoc celo apparuit beata virgo ut omnibus bene viuendi preberet exemplum. Vnde Ambrosius in libro de uirginitate sic ait. Ut de ceteris eius virtutibus taceam. uirgo erat non solum corpore sed etiam mente. corde humilis. uerbis grauis. animo prudens. loquendi peritior. legendi studiosior. non in certo diuitiarum. sed in prece pauperum spem reprensens. intenta operi. uerecunda sermone. arbiter mentis non hominem sed deum querere. nullum ledere. omnibus bene uelle. maioribus assurgere. equalibus non inuidere. iactantiam fugere. rationem sequi. uirtutem amare. Quando ista fastiuit humilem. quando derisit debilem. quando uitauit inopem. nihil in oculis toruere. nihil in uerbis procar. nihil in actu uerecundum. non gestus fractior. non incessus solutior. non uox petulantior. Ut ipsa species corporis simulacrum fuerit mentis et figura probitatis. Talem euangelista monstrauit. Talem spiritus sanctus elegit. Quid etiam in singulis morum que digna fuit ut ex ea filius dei nasceretur. Denique ut uerbis eiusdem Ambrosii ibidem concludam. Talis fuit Maria ut eius solius uita omnium sit disciplina. Ecce quod beata uirgo et

92  
plum oīm virtutū est totī ecclesie militanti. Secundo antez  
hoc virginale signum apparuit in celo glorie cum scz in ani  
ma et corpore in celum assumpta est ex qua tota celestis cu  
ria decoratur. Vnde beatus Bern. in quodā sermone sic ait.  
Marie presentia totus illustratur orbis adeo vt ipsa iam ce  
lestis patria clarius rutillet virginee lampadis illustrata ful  
gore. Hinc Ecclesiastici. 22. ca. Species celi in visione glorie.  
scz virginis matris dei. Tercio insuper hoc virginale signum  
apparuit ⁊ quotidie apparet in celo anime. De quo celo pro  
pheta ait. Celum celi domino. Celum enim cum a celando  
dictum sit. animam designare potest que nobis celata ma  
net. Hoc autem celum. celum celi merito dicta est. eo q pro ce  
lo creata sit. Hoc igitur virginis signum apparet in celo ani  
me. scz quando quilibet iustus seu peccator deuotionis virgi  
nis non est oblitus. Scdm hoc in mari seculi periculis pleni  
deuotionis oculos ad mariam que dicitur stella maris instā  
ter leuant. Vnde Bern. in quodam sermone ait. Si criminū  
inimmitate turbatus es. si conscientie feditate confusus. si  
iudicij horrore perterritus. si baratro desperationis incipi  
as absorberi. Mariam cogita. mariam inuoca. non recedat a  
corde. non recedat ab ore. Nam ipsam cogitans non erras.  
Ipsam rogans non desperas. ipsam sequens nō denias. ipā  
tenente non corruis. ipsa protegente non metuis. Ipsa duce  
non fatigaris. ipā propicia peruenis. Hec ille. Et sic in temet  
ipso experiri poteris q merito dictum sit nomē virginis ma  
rie maris stella. Oportet enim vniuersos chusticolas iter flu  
ctus huius seculi nauigantes attendere hanc maris stellam.  
que supremo cardini. id est deo proxima est. et respectu exem  
pli eius cursum vite dirigere. Quod qui fecerit non iactabi  
tur vane glorie ventis. nec frangetur scopulis aduersorum.  
nec absorbetur scillea voragine voluptatum. sed prospere ve  
niet ad portum quietis eterne. Hec Bernhardus.



**¶** De triplici sole quo et anima et corpus  
gloriosè virginis solari lumine amicta to-  
tum irradiat paradysum.

Ca. iij

¶ Tertium misterium quod subditur a Johanne glo-  
rificationis dictum est. de quo subiungitur. Mu-  
lier amicta sole. Triplici enim sole dicit amicta bea-  
ta virgo. Primo sole amoris. secundo sole splendoris.  
tercio sole fulgoris. Primum etiā pertinere meretur ad volun-  
tatem eius que de amore feruet. secundū vero ad intellectum  
eius que dei lumine splendet. tertium autem ad corpus eius  
quod totū paradysum ultra omnes beatos fulgorib⁹ replet.  
¶ Primo enim dicitur amicta sole. s. candidissimi et ignissimi  
amoris. quo sꝑ supra omnes beatos diligit deum et filiū su-  
um iesum christum dominum nostrum. Vnde beatus Bern⁹  
hoc enim amoris igne labia prophete purgatur isto quoqꝫ  
seraphin accenduntur. longe vero aliter hec vgo meruit nō  
velut summam tangi. sed operiri. magis autem circumfundi  
et tanqꝫ ipso igne concludi &c. Sane candidissimus atqꝫ ca-  
lidissimus huiusmodi mulieris amictus cuius omnia tantū  
irradiata noscuntur. vt nihil in ea non dico tenebrosū vel  
saltem minus lucidum. sed nec tepidū liceat suspicari per Be-  
rnhardū. ¶ Secundo autem dicitur beata virgo esse amicta  
sole splendoris. s. quo ad lucem glorie quam in anima habz  
Vnde idem Bern⁹. Deniqꝫ ipsa est mulier amicta sole. id est  
induta ineffabili claritate. amicta inqꝫ lumine. sicut vestimē-  
to d quo ait apostolus. Induimini vestimentum dominum  
iesum christum. Nam gloria ipsius dei super oēm creaturaz  
ornata fuit. ¶ Tercio etiam beata virgo maria dicitur ami-  
cta sole fulgoris. sꝑ quo ad lucem quam habet etiam in cor-  
pore ex redundantia glorie que sibi a deo in anima datur. de  
qua beatus Bern⁹. ait. Quā familiaris ei facta es O domina  
quā proxima. immo quā intima vel vicina. Vestisti eam sub

stantia carnis. Et ille vestiuit te gloria sue maiestatis. Vesti  
sti nube solem et ipsa sole vestiris. sz tam in corpore quas in  
anima. Tantū enim differt gloria virginis a gloria aliorum  
beatorum. q̄tum sol a ceteris luminaribus celi. z quodammodo  
sicut cetera luminaria irradiantur a sole. Sic tota celestis ci-  
uitas a gloriosa virgine letificatur et decoratur. Vnde beatus  
Bern. in sermone de assumptione ait. Itaq; gloriosa virgo  
dum celos ascendit. etiam supernorum gaudia ciuium copi-  
osius augmentis cumulauit. Nā si paruuli necdum nati Jo-  
hannis anima liquefacta est vt Maria locuta est. que nam  
fuit illa exultatio celestium cum et eius audire vocem et vi-  
dere faciem eiusq; beata presentia frui meruerunt. Et iterum  
Augustinus in quodam sermone de natiuitate virginis ait.  
Ipsū celum quod penetraſti necnō cuncta que in eo sunt  
contenta. noua et ineffabili gloria decorasti. prioremq; eius  
gloriam vltra quam dici potest. tua presentia magnificasti.  
Noua illic ac precellenti tuarum virtutum dignitate irradi-  
as immensaq; graciarum tuarum luce perlustras. Quanta  
autem in paradiso sit gloria virginis benedicte septem excel-  
lentie seu dignitates quibus gloriosa prefulget manifeste ostē-  
dunt. Prima dicitur maternitas. secunda caritas. tertia con-  
formitas. quarta tranquillitas. quinta capacitas. sexta vni-  
tas. septima largitas nominatur.

**Q**uod beata virgo est mater dei meretur super  
oēs beatos in gloria exaltari Ca. iiii.

Maxima enim dignitas seu excellentia virginis glo-  
riose que eius gloriam magnam ostēdit materni-  
tas dicta est. Maxima nempe excellentia est q̄ vir-  
go beata sit mater dei q̄ q̄ sit dñā creaturaz dei.  
hoc enim dependet ab illo sicut ram⁹ a sua radice. Ergo cer-  
titudinaliter tenendum est. q̄ ipsa est super oēs ordines ange-



lorum tanquam per se implens et continens vnum integrum  
ac totalem statum cui secundum rectum rationem altera persona con-  
grue non potest addi. quia ipse status ex sui ratione propter  
dignitatem incommutabilem exigit unitatem. Sicut enim  
nullatenus decet plures esse chustos. nec deum plures homi-  
nes esse. Sic nullo modo decet dei filium nisi vnam solam ma-  
trem naturalem habere. Item ratio naturalis ex gratuita le-  
ge dicat quod mater regis omnium est in sede regia super  
omnes ordines ministrorum et militum. Vnde quia est ele-  
cta in matrem. est electa ad dignitatem transcendentem om-  
nem dignitatem ministrorum et famulorum. quia ratio ma-  
terni amoris eius qui fertur in deum ut in suum filium rea-  
lem a nullo alio affectu cuiuscunque que non est realiter ma-  
ter dei preterquam ab ipsa vnquam participari potest. Nam  
ut dicitur ad hebreos. i. ca. Sicut filius dei sedet a dextris  
maiestatis in excelsis tanto melior angelis effectus quanto  
differentius pre illis nomen hereditauit quod nomen est ut  
sit vere deus per gratiam vnionis. Sic et mater domini no-  
stri iesu gloriosa virgo maria tanto melior est angelis effecta  
quanto pre omnibus creaturis hereditauit ut optineret di-  
gnissime matris nomen. Vnde propheta ait. Elenata est ma-  
gnificencia tua super celos deus. Magnificencia enim dei di-  
cta est gloriosa virgo maria. Nam sicut in prima condicione  
magnificatus est deus. quia de nihilo tam sublime vniuersum  
et tam sublimes angelos condidit. Sic quoque in reparacione  
non minus magnificatus est. quia de humana natura infec-  
ta perdita et dampnata. christum hominem propagauit. et de mu-  
liebris sexu in ordine rationalium secundum communem cursum infimo. et  
matrem sibi et toti celesti curie dedit. In quo quidem appa-  
ret quod magnus et excelsus dominus humilia respicit. Ideo  
respexit humilitatem ancille sue Luce. 2. ut ex hoc magnifi-  
cent eum omnes generationes angelice et humane. quia si-  
cut magnificencia diuine virtutis et imperiositas in homine

97  
Christo resplendet. sic viscerosa et tenera materna magnificen-  
tia pietatis ex christi matre resplendescat. Et hoc quidem in  
tantum quod sicut christus spiritualiter est genitus et conce-  
ptus in corde vniuscuiusque beati et iusti. sic exemplo natura-  
lis matris dei efficientis in ipsam. ut in verum filium inar-  
descant. Hec autem matris magnificentia amplius magni-  
ficat deum quam omnis alia creatura simul sumpta. Vnde  
merito eleuata de super celos. id est super angelos vniuersos

**I**n quanta gloria super cunctos beatos  
sit gloriosa virgo Maria in paradiso ex  
sua dilectione.

Ca. v

Secunda excellentia virginis que magnam eius glo-  
riam ostendit caritas nuncupatur. Omnes nempe  
ordines et status glorie principaliter distinguun-  
tur secundum superiores et inferiores rationes diuini a-  
moris. Non enim in communi ratione caritatis distingui pos-  
sunt cum omnes participant illam. nec per aliquam rationem  
que non sit ratione diuini amoris potest vnus super alterum  
in maiori propinquitate seu intimitate ad deum superlocari.  
Maternis igitur amor incomparabiliter transcendere debet  
omnes alias rationes amoris diuini preter illam que est in anima  
christi que fertur realiter in deum tanquam in propriam personam

**Q**uod in paradiso gloria matris dei est con-  
formis glorie christi quam amor omnium be-  
atorum.

Ca. vi.

Tercia autem excellentia virginis magnitudinem  
glorie eius ostendens conformitas nominatur. nam  
anima Christi et christus inquantum homo tran-  
scendit omnem ordinem pure creature seu create



nature. Gradus autem matris conformis est christo. Cuius humanatio intantum transcendit omnem ordinem primæ conditionis. quod est omnino extra et supra integritatem ordinis vniuersi. Propterea non potuit ab vniuerso capi. Sed dignitas maternitatis dei sic operi incarnationis connexa est quod omnino aliter non potuit dari. Vnde Ecclesia ad virginem ait. Quia quem celi capere non poterant tuo gremio contulisti. Vnde beata virgo Ecclesiastici. 22. ca. de se ait. Girus celi circuiui sola. Igitur huius maternitatis atque materne dignitatis ordo est super totalem integritatem primi ordinis vniuersi et per consequens super totalem dignitatem et integritatem angelorum ordinum atque ierarcharum. Vnde Bernardus in quodam sermone ait. O venter capaciorem celis. diffusior terris. lacior elementis. qui illum continere valuit quem totus mundus comprehendere non potuit. Et qui tribus digitis molem terre appedit

**¶** Quod amarus et approbatus aspectus filij dei ad matrem eam super omnes beatos exaltauit.

Ca. vij.

Varia excellentia magnitudinem virginis glorie demonstrans tranquillitas notatur. Tranquillitas christi est filialis aspectus ad matrem qui singularissimus et amarus et transcendentissimus esse debet. Ita quod totam celestem curiam simul sumptam preter matrem. Non debent aspicere sub tali reuerentia. Nec sub ordine talis aspectus seu amoris. Quanto autem dei aspectus altius fertur in aliquem beatum. Tanto fortius et altius per beatitudinem se imprimit illi. Ac tanto altius conspicitur ac fertur et acceptatur ab eo. Igitur inexplicabile est sub quanta altitudine latitudine et glorie intimitate dei filius se ingerit sue matri.

Et consimiliter sub quanta altitudine latitudine ⁊ intimitate suscipitur ab eadez. Talis autem dei ad eos fixio glorie et huiusmodi aspectibus beatorum eoz si quidē glorie sedes est. Vnde antedictus aspectus dei ad matrem sua regia est sedes et eius in illo fixio est eius regalis et gloriosa corona. Vnde Iero. in sermone de assumptione. Nec in mundo locus dignior fuit virginalis vteri tēplo. in q̄ dei filiū suscepit. nec in cel̄ sublimior regali solio. q̄ mariā marie filius sublimavit.

**Q**UOD beata virgo facit in gloria beatorum gradum super oēm alium excellentez

Ca. viij

Vinta excellētia virginis capacitas dicta est. s̄m em̄ Dionī. in regno celorum omnia inferiorū dona in superioribus in tanta excellētia sunt. q̄ qua si nulla est compatio. nisi sicut est circūferētia ad suum centrum. Cum ergo beata virgo supra omnem ordinem sit intantum q̄ per se faciat ordinem incōmunicabilem sicut predictum est. Sequitur q̄ super omnes inferiores ordines tam angelorum q̄ hominū simul sumptoz ipsa impropotionaliter est prelata. et quicquid est in gloria in oīm glorificata natura tā angelica q̄ humana. multo preexcellētius est in virgine matre dei. Nec dubium si hoc reddat aliorum beatorum multitudo numerosa et magna. quia hoc nihil facit ad rem maioritatis glorie essentialis seu substantialis. Nam in spiritualibus idem maius quod melius reputat̄. Vnde plus de substantiali gloria est in vnico seraphin quaz sit in omnibus inferioribus. si per impossibile s̄m numerum multiplicarentur in infinitum. Superaddendum quoq̄ est. q̄ nullus inter puras creaturas ordo in celis intantum superat ordinem immediate sibi coniunctum. quātum gloria matris dei superat omne q̄ inferius est. Ad hanc intelligentiaz manuducere considero ordinem graduum ecclesiasticorum. Nam quicquid possunt ordines inferiores. potest etiam sa-



cerdotalis. gradus. 7 incomparabiliter plus. sicut episcopus  
super sacerdotes. papa super episcopos. Idē patet in corpo  
ralibus vniuersi in quibus idē quoq; intelligi valet. Tā om  
nia superiora continent etiam inferiora 7 inextimabilē plus.  
sic 7 in gradibus glē infinita sapiētia dei plenissime ordina  
uit. Tā sūm aplm ad Rom. 1. Inuisibilia dei a creatura mū  
di p ea que facta sunt intellecta pspiciunt. i. pspēcta itelligit.

**¶** Ad beata vgo plus in infinitū deo 7 eius filio  
vniatur q̄ omnes alie pure creature Ca. ix.

Extra autē excellentia vnitas noīatur. Quāto em̄  
beati magis vniuntur cū deo. Tanto gloriofiores  
sunt in eo. Omnes em̄ creature simul iuncte nō  
m̄ vniuntur deo q̄tum sola beata virgo. Ad cui⁹  
intelligentiā notandum est. q̄ sex sunt ascensus seu gradus  
vniōis in deū. quibus creature in eū gradatim ascendunt.  
¶ Primus est vniō creationis. secundus est cognitōis. terci  
us est dilectionis. quartus glorificatōis. quintus ē maternal  
conceptionis. sextus personalis vniōis. ¶ Primus autē vni  
ōis ascensus est creatōis. i. per participationē effendi per  
quā entia coniunguntur deo. vt cause efficiēti 7 exemplari  
atq; finali. ¶ Secundus est vniō cognitōis. s. per vim intelligen  
di per quē intellectū alia vniuntur deo. vt obiecto intelligen  
bili p graciā fidei qua vnimur deo vt supnaturali credibili 7  
vt credito 7 credendo. ¶ Tercius est vniō dilectōis. s. per do  
nū gratificantis amoris per quam vnimur deo tanq̄ amico  
et amato. ¶ Quartus est vniō glorificatōis. s. per visionē et  
fruitionē glorie sempiternē. per quā anima vnitur deo vt ob  
iecto beatifico 7 facialiter viso. ¶ Quintus est maternalis cō  
ceptiōis per quā beata virgo facta est mater dei. ita vt vna  
atq; eadem esset caro virginis et caro ch̄isti. non considera  
ta in ch̄isto diuinitate eius. ¶ Sextus autē est psonalis vni  
ōis 7c. In quolibet autem istorum quilibet excedit alteram

161  
in infinitum. quia inferior in sua specie infinities multiplica-  
tus superiori equiparare non valet. Quod sic patere potest.  
Primum enim patet. quia esse infinitum excedit non esse. quia  
talia infinita non equivalent minimo puncto essendi. ¶ Se-  
cundum etiam patet quia infinita non intellectualia vni in-  
tellectui vel intellectuali equivalere non possunt. ¶ Tercium  
etiam similiter patet quia omnes intellectus infidelis et ini-  
mici dei non equivalent vni fideli et amico dei. Vnde Pro-  
uerbiorum. 16. ca. Melior est vnus timens deum quam mil-  
le filij impij. Quod quidem verum est nisi pro quanto quidā  
ex eis in dei predestinatione pro tempore futuro habentur vt  
dei fideles atq; amici. ¶ Quartum etiam patet quicquid da-  
ri potest citra visionem dei. non equivalet vni beato. quia om-  
nia simul sumpta non facerent vnum beatum. quamuis pro  
quanto maior gradus glorie spe et meritorie et per modum  
seminarij in dono glorie comprehendatur et quodammodo  
tale donum dici valeat quo ad quid excedere inferioris glo-  
rie gradum. ¶ Quintum quoq; patet. Nam illa vnio siue as-  
census qui est per originalem seu maternalem conceptionem  
transcendit omnes inferiores in infinitum prout in hoc ascē-  
su includitur maximus amor sibi correspondens vt plenarie  
consumatus. Quia sicut communis amoris gradus consuma-  
tur in gloria. Sic maternus amor dei consumatur in maria.  
¶ Sextum et vltimum insuper patet. Nam ascensus per p-  
sonalem unionem tante transcendentie est qd reliqui citra ip-  
sum infinities multiplicati ei equivalere non possent. Et lo-  
quor prout in personali vnione includitur beatifica reflexio  
mentis personaliter deo vnite. Ecce qd hic ascensus unionis  
in deum. scilicet quo ad maternalem conceptionem. in infi-  
nitum excedit omnes alios precedētes. Ex quo manifeste ap-  
paret quod quantum in presenti seculo talis vnio excessit a-  
lias uniones in gloria vel gracia nunc. Tunc in paradiso ex-  
cedit in gloria.



Optima excellētia virginis gloriosissime eius ma-  
gnitudinē monstrās largitas dici potest. Duplex  
enī largitas beate virgini a deo donata est. Una  
gracie. altera glorie. Primo enī de largitate gracie  
in sermone de assumptōe Jero. ait de virgine. Gracia plena  
q̄ ceteris quidē p partes p̄statur. marie vero tota se s̄c̄ infun-  
dit gracie plenitudo sicut in capite influente que fuit in chri-  
sto quamq̄ aliter et aliter. Et addit. Nā in christo fuit pleni-  
tudo gracie sicut in capite influente. in Maria vero sicut in  
collo transfundente. sicut superius ar. 1. et 8. c. latius dcm̄ est  
Vbi Bern. ait. Nulla gracia venit de celo ad terrā nisi tran-  
seat per manus Marie ⁊c. Ex quo patet q̄ excepto xpo tan-  
ta grā virgini a dño data est. quantū vni pure creature dari  
possibile esset. Secundo aut̄ data est illi largitas glorie. Nā  
in paradiso diuine glorie participatio ceteris quidem modo  
p partes datur. Sed s̄m Bern. beata virgo maria diuine sa-  
pientie profundissimū vltra q̄ credi valeat penetravit abis-  
sum. vt quantum s̄c̄ sine personali vnione creature conditō  
patitur. illi luci inaccessibili videatur immersa

**A**rticulus tercius de triplici honore quo ho-  
norata fuit et est beata virgo

Tercio contemlemur btām virginē ab omnibus  
honoratā. cū de ista propheta subdit. Circūdata  
varietate. s. astitit beata virgo a dextris dei. Tri-  
plici enī varietate circūdata assistit. primo. semi-  
nentiarum. secundo differentiarum. terció graciārum. Pri-  
mā habuit antequam ascenderet in celum. Secundā in ce-  
lo. Terciam nobis dispēsāt de celo Ex quibus oībus in sum-  
mo glorificatur et honoratur. Et de his merito Jo. dicit. Et  
luna sub pedibus eius. s. beate virginis.

Prima autē varietas qua beata virgo circūdata  
assistit a dextris dei est eminentiarū. Tres enim  
sunt eminētie presentis vite quibus honorata fu  
it beata virgo. Prima tēporaliū. secunda intelle  
ctualium. tertia affectualiū. Hec significatur in luna que tres  
habet naturas. Primo est mutabilis. ecce tēporalia. secundo  
est lucida. ecce intellectualia. Tercio frigida. ecce affectualia  
que omnia quasi luna sub pedibus beate virginis prostrata  
fuerunt. ¶ Prima eminentia est temporalī. valde enī emi  
nentia reputantur ista tēporalia bona. tamē sunt mutabilia  
et defectibilia sicut luna. Hec autē habuit beata virgo sub pe  
dibus suis. quia suis affectibus per contēptū omnia subiur  
gavit. ne scz aliquomō eius dilectionez ad filium variarent.  
Amor enim conmutabilis boni semper aliquomō derogat a  
mori boni quod incommutabile est. Propterea libro. 10. Con  
fessionū Augu. ad deum ait. Domine minus te amat qui te  
cum aliquid amat. quod non propter te amat. ¶ Secunda  
vera eminentia est intellectualiū. Nam omniū scientiarū et  
creaturarum actiua et passiuam beata virgo in comparatōe  
ad supereminētē christi scientiā parū pendit. Ecce luna sub  
pedibus eius. Hoc etiam picipabat apls qui Phil. 3. ca. de  
se dicebat. Que mihi lucra fuerunt hec arbitratus sum ppter  
christum detrimenta. Veruntāmē estimo omnia detrimen  
tum esse propter eminentem scientiam Jesu christi domini  
mei. ¶ Tercia autē eminentia est affectualium. Tanta enim  
fuit dilectio qua beata virgo etiā in vita presenti dilexit chri  
stum q omnes amores presentis vite preteriti presentes atq  
futuri respectu huius sunt quasi luna sub pedibus eius. Vñd  
Eccli. 29. ca. beata vgo merito de se ait. Ego mater pulchre  
dilectionis. q. d. quia sum mater dei. habeo dilectōz tāta pul  
chritudine eminentē ab oī alia. quantū eminet sol a luna



Ecce autem varietas que circumdat et assistit  
beata virgo a dextris dei est differentiarum que  
reperiuntur in gloria beatorum sicut dominus Jo-  
hannis. 12. ca. ait. In domo patris mei mansiones  
multe sunt. Et iterum. 1. Corinth. 14. c. Stella a stella differt  
in claritate. id est beatus ab alio beato in beatitudine. id est  
quantitate glorie differt. Est nihilominus advertendum secundum  
Richardum et Bonaventuram in 2. di. 29. Quod in beatitudine duo  
consideranda sunt. primo beatitudinis obiectum. scilicet increatum  
bonum quod existens unum et idem participatur ab omni-  
bus. Secundo consideranda est ipsa dispositio beatorum per  
quam illud bonum clare videndo et perfecte diligendo par-  
ticipant. Ex parte ergo obiecti participati nullus alio beati-  
or est. sed omnes in gloria sunt equales. quia idem est ob-  
iectus quod participant omnes. Sed ex parte dispositionis be-  
atorum unus alio beatiore est in quantum scilicet unus alio clari-  
us deum videt et perfectius amat. Qui enim equalem haben-  
tes virtutem nature habent inaequalem habitum glorie vel  
equalem actum inaequaliter sunt beati propter inaequalem ex  
parte beatorum dispositionem. Vnde glossa super illud Ioh.  
12. In domo patris mei mansiones multe sunt. dicit diver-  
sa premia meritorum. His igitur premissis notandum quod in  
mensa dilectio beatorum quam inter se mutuo habent. mul-  
tiplicat inter eos quasi in infinitum numerum gaudiorum secundum  
perfectionem diligentium et dilectorum. ex quo crescunt stu-  
pendo modo differentie accidentalis glorie inter illos. Tres  
enim differentie sunt inter beatos. Quidam inter se in glo-  
ria sunt equales. Quidam vero maiores. Quidam autem mi-  
nores. Et tamen secundum Augustinum super Iohannem. Inter eos  
non erit invidia aliqua disparis claritatis. quoniam regna-  
bit in omnibus unitas caritatis. Et Gregorius in moralibus.

103  
Tanta vis in illa pace nos satiat ut qđ in se quisq; non acce-  
pit. hoc se accepisse in alio exulteret vna cunctis erit beatitudo  
letifica. quāvis non vna sit omnibus sublimitas vite. Et ab  
omnibus his sic concordibus honorabitur virgo beata. Pri-  
mo enim sunt quidam. qui inter se in gloria sunt equales. et  
hi duplicant predictam accidentalem gloriam inter se pro q  
libet ex amore. Ratio huius est quia inequali mensura se di-  
ligunt et se diligere cognoscunt. Ex quo quilibet beatus de q  
libet sibi in gloria coequali. tantum gaudet quantū de semet  
ipso extensive. tamen non intensive. Et idem de consimilib<sup>9</sup>  
in presenti ca. intelligendum est s̄m Richardū. Secundo au-  
tem quidam in gloria sunt maiores. et hi duplicant sibi glo-  
riam accidentalem. pro quolibet etiam qui in gloria est eis  
minor. et hoc non quia se videant diligi quantum diligunt.  
sed quia de gloria illorum quorū licet minorū tantum gau-  
deant quantum de sua propria. cum quemcunq; s̄m suam  
capacitatem intelligunt gloriosum. Vnde petrus plus gau-  
det de bono lini q̄ ipse linus. Tamen s̄m Bonauē. in 2. di. 29  
in fine. Ex hoc non sequitur q̄ tantū gaudeat quantū si ha-  
beret illud bonum. quia si haberet illud. haberet maiorem ca-  
ritatē et potestatem intensius gaudendi &c. Tercio vero qui-  
dam in gloria sunt minores. et hi totiens duplicant gratiam  
suā accidentalem quotiens gloriosiores se esse cognoscūt eos  
qui propter amorem eorū duplicant gloriam suam. Tunc au-  
tem minores sancti conspiciunt aliquem sanctum decies in  
gloria se maiorem. quendam vero centies. aliquem vero mi-  
lies. alium centies milies. Alterum mille milies. Et huiusmo-  
di sancti maiores quasi infinita milia sunt vnde minores quo-  
tiens intelligunt eum gloriosiorē se esse beatū totiens dupli-  
cāt gaudiū suū cum cognoscant se t̄m diligi a q̄libet suo ma-  
iori q̄ in quolibet eorū propter eos gloria duplicat. Nūc igit  
ad propositum statuam<sup>9</sup> ex vna pte integraliter totū amo-  
Nz



rem quē ad inuicem habent sancti atq; ex altera parte amo-  
rem quo minor beatus diligit virginem gloriosam. Et credo  
quod talis amor minimi gloriosi excedat omnem alium be-  
atorum simul sumptorum tam angelicū q̄ humanū non in-  
spiratum in beatam virginem aut in christum hominem seu  
in ipsum deum. Et licet de hoc plures possent rationes dari  
Tamen causa breuitatis quattuor subiungamus. Est aut̄ hoc  
primo ratione conceptionis. Talis enim minimus beatus cla-  
re cognoscit q̄ beata virgo cum sit mater dei plus possit vl-  
posuerit pro sua salute q̄ posuerit vel ponere possit tota ra-  
tionalis natura simul sumpta considerata excellētia dilectif-  
simi filij sui qui fuit instrumentum sue redemptionis saluati-  
onis et glorificationis, consideratis etiam virginis meritis,  
et suffragijs et exemplis. ¶ Secundo ratione compassionis  
Talis nempe aperte intelligit q̄ tota rationalis natura non  
sustinuit, nec sustinere posset tantum dolorem et penam pro  
sua redemptione, quantum sola sustinuit mater dei conside-  
rata dilectione qua filium suum amauit. Tantus enim fuit  
dolor virginis in morte christi, quod si in omnes creaturas  
que pati possunt diuideretur omnes subito interirent. Hic ta-  
men dolor virtute illius spiritus que superuenit in eam in  
virginis aula claudabatur q̄ nulle sensitivae parti corporis  
ne ante debitū tempus subito moreretur promittebat effun-  
di. ¶ Tercio ratione glorificationis. Tanta est autem gloria  
virginis matris dei sicut ex precedentibus patz, q̄ tantum ex-  
cedit in gloria naturam angelicam et humanam simul iun-  
ctam, quantum circumferentia firmamenti excedit in magnitu-  
dine suum centrum cum intelligat in filio suo se quasi alterū  
diuinitate vestitum. ¶ Quarto ratōe dilectionis. Tantus ete-  
nim ē amor beate virginis ad quemlibz minimū gloriosum  
q̄ omnis amor quo in regno celorum natura angelica ⁊ hu-  
mana diligit aliquem iam beatum, est sicut predicatur quasi  
centrum ad circumferentiam firmamenti vel minus respectu

amoris. quo ipsa virgo gloriosa minimū beatum amat con-  
siderato fontali principio vnde talis amor originem habet.  
Propter hunc autem amorem virginis gaudium duplicatur  
dum eum iuxta capacitatem suam cernit pleno et quieto de  
siderio gloriosum. Et sic p hūc amorē z p hunc modū pro q̄li  
bz sctō virgīs gaudiū in celo multiplicat. Vidēs autē minim⁹  
sctūs se tm̄ diligi a virgīe gloriosa q̄ ppter eū tāta gloria in  
ea crescit intantum inflammat in eius amorē. ac in tm̄ le  
tificatur de gloria eius q̄ quotiens eum intelligit se in glo  
ria superare. totiens de gloria eius plusquā de propria iocun  
datur. Si igitur minor sanctus qui est in regno celorū tantū  
a beata virgine dilectus est. et tanto amore sicut predictū est  
diligit eam. necessario sequitur q̄ omnes sancti qui eo maio  
res sunt in gloria amplius diligantur ab ea. atq; amplius p  
amorem inardescant in eam. Ex quo accidentalis gloria sim  
predictum modū in ea propter illos et in omnibus eis pro  
pter eaz multiplicatur. Quis igitur exprimere posset infini  
tatem gaudiū et amoris quibus active et passive gloriosa vir  
go maria hac triplici differentia accidentali gloria varia cir  
cundatur et honoratur. Omnes tamen he tres differentie be  
atorum possunt dici luna sub pedibus eius collocata. quasi  
indicare velit q̄ tantū differt eius accidentalis gloria. a glo  
ria oīm predictorū q̄tū sol a proprietatibus lune

**De sapientia beate virginis marie. z quo  
modo inuitata fuit ad celum. et q̄ maxime  
scelerati eius meritis misericordiam asse  
quuntur.**

**Ca. iij**

Ercia autem varietas qua circumdata assistit glo  
riosa virgo a dextris dei est graciarum. que scz in  
nobis in hoc seculo peregrinis dispensantur per  
eam vnde maxime honoratur. Dictum est enim supra arti  
culo primo. capitulo octauo. q̄ nulla gracia de celo nisi ea de



spensante ad nos descendit. Hoc enim singulare officium di-  
uinitus ab eterno adeptum est. sicut Proverbiis. 8. ca. ipsa re-  
statutur dicens. Ab eterno ordinata sum. scilicet dispensatrix grati-  
arum celestium. Hinc quoque Cantici. 2. ca. ad hoc officium  
eam invitans sponsus ait. Veni de libano sponsa mea. veni  
de libano veni. Coronaberis de capite amana. de vertice sa-  
nir et hermon. De cubilibus leonum. De montibus pardorum  
In quibus sanctissimis verbis tripliciter gloriosam virginem  
Mariam contemplare. Primo candidatam. secundo invita-  
tam. tercio coronatam. Primo inquam contemplare virginem candida-  
tam. Libanus enim candidatio interpretatur. Triplici enim  
candore refulsit beata virgo. primo candore diuinalis sapien-  
tie. secundo candore virginalis innocentie. tercio candore co-  
uersationis honestissime. Et primo enim refulsit candore di-  
uinalis sapientie cum ipsa fuerit candor lucis eterne et spe-  
culum sine macula. et speciosior sole. Tanto enim lumine il-  
lustrata fuit beata virgo maria cum etiam esset in ventre ma-  
tris quod non tantum pleno fuit lumine rationis. sed etiam al-  
tissime contemplationis. In quo quidem lumine perfecte hec  
quattuor intellexit. primo naturam creatam irrationalem. se-  
cundo naturam creatam rationalem. tercio naturam creatam  
spiritualem. quarto naturam increatam diuinalem. Que di-  
stinctio cognitionem creationis et omnis creature in se com-  
prehendit. quia in lumine creatoris cognouit omnes alias cre-  
aturas. sicut propheta ait. In lumine tuo videbimus lumen  
Ad tantam enim contemplationem sublimata est. ut perfe-  
ctius etiam in ventre matris contemplaretur deum. quam un-  
quam fuit contemplatus aliquis in perfecta etate. Magisque con-  
templatione dei excessit dormiendo. quam aliquis alius vi-  
gilando. sicut ipsa Cantici. 1. ca. dicit. Ego dormio. et cor-  
meum vigilat. Ecce candor sapientie diuinalis. Et secundo  
refulsit candore virginalis innocentie unde omnes cordis ei-  
us conceptus quasi nazarei fuerunt condidiores nure. nitidi

105  
ores lacte. rubicundiores ebore. antiquo saphiro pulchriores  
Sicut Thren. 2. ¶ Tercio refulsit candore conuersationis ho-  
nestissime et omni virtute composita. Vnde Hieronimus in  
sermone de assumptione ait. Si diligenter attendas nihil est  
virtutis. nihil est splendoris. nihil gracie et nihil candoris quod  
non resplendat in virgine gloriosa. Sed de hoc plenius su-  
pra articulo secundo ca. secundo in principio. ¶ Secundo con-  
templare virginem inuitatā. Tribus enim vicibus dicitur et  
Veni. quasi tripliciter inuitetur. Primo relinquere mundum  
secundo ascendere celum. tercio intrare in deum. ¶ Primo  
inquit contemplare quomodo inuitatur relinquere mundum.  
Propterea dicit ei. Veni. scilicet de loco miserie huius mundi. Hinc  
Canticorū. 2. ca. ait ad eam sponsus. Surge propera amica  
mea et veni. id est relinque mundanas miseras et corrupti-  
ones. Et sequitur Columba mea in foraminibus petre in ca-  
uerna macerie. Corpus et enim christi petre perforate et ma-  
cerie depulse merito comparatur. quia tempore passionis ple-  
num fuit in foraminibus sensuum. et penalitatibus passionū  
Propterea vocat virginem columbam in foraminibus petre  
In cauerna macerie que quādiu vixit dilatato intuitu et spa-  
ciosa volatu per foramina passionum corporis iesu christi. et  
per cauernarū vulneris lateralis semper in eius doloribus ge-  
muit et continue latitauit. Sed nunc ad resurrectionis gau-  
dium inuitatur. ¶ Secundo inuitatur ascendere celum scilicet  
progrediendo per choros ierarcharum celestium. Nam in-  
uitat eam iesus ut per medium angelorum transiens illorū  
vallata societate omnium beatorū spirituum superat digni-  
tatem. Vnde Canticorū. 2. ca. ait. Surge propera amica mea  
columba mea. formosa mea et veni. Jam enim hiems tran-  
sit ymber abiit et recessit flores apparuerunt in terra nostra  
Hi siquidem flores angelici spiritus sunt. qui in terra appa-  
ruerunt ad virginem. de huius vite ergasculo educendam.



Ibi enim ascenderunt cum virgine ascendente desuper rivos  
aquarum. Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosa  
rum et lilia conuallium. Tercio autem inuitatur intrare in  
deum. id est suscipere ab eo gloriam sempiternam. quasi di  
catur ei: Veni dilectissima sponsa. mater. et filia ingredi in  
ortum deliciarum et inaccessibile secretum et ad delectatio  
nem diuinarum personarum in medio trinitatis beatissime  
introducta. Vnde Canticoꝝ. 4. ca. ait sponsus ad eam: Veni  
in ortum meum sponsa mea soror mea. messui mirtham me  
am cum aromatibus meis. Comede fauum meum cum mel  
le meo. Hic est ortus Assueri beati dei qui regia manu consi  
tus erat. Ihesus. 1. ca. In hoc orto factum conuiuium grande p  
nuptijs et coniunctione Ihesus quam adam auit rex deus su  
per omnes mulieres. id est super omnes creaturas. Et posu  
it diadema regni super caput suum. et voluit eam esse reginā  
Ihesus. 2. ca. Istud est diadema speciei et corona glorie qua  
virgo super angelos coronatur vt intra trinitatis glorie ip  
sa sola amplius sit euecta. ac plus beatissime trinitatis dili  
gat gloriam. capiat sentiat et fruatur q̄ omnis alia creatura  
simul sumpta de gloria post filium participant vniuersi.  
Quarto contemplare virginem coronatam. quia subditur  
Coronaberis &c. Quinq; enim singularissimas gracios in  
petrat misericordissima mater sup̄ impios peccatores vt cō  
uertantur ad deum que dici possunt quinq; lapides preciosi  
Hanc coronam virginis adornantes vt aperte clarescat qđ  
gloria sua tñ habet in alios redū dare q̄ post filiū suum ip̄a  
sit singularis ratio salutis pctōꝝ. Nā propter vginis immē  
sam dilectionem tam ipse Iesus christus quam tota etiam  
beatissima trinitas sceleratissimis peccatoribus frequenter  
indulget. Primus igitur lapis dicitur Amara. Amara em̄  
mons fillicie est & inimicus ei vel coangustians eum seu con  
primens eum aut angustiator eius interpretatur.











